BIBLIOTECA COMUNALE DI TRENTO

UNIVERSAL SHORT-TITLE CATALOGUE

UNIVERSITÀ DEGLI STUDI DI TRENTO
Dipartimento di Lettere e Filosofia

FONDAZIONE CARITRO
CASSA DI RISPARMIO DI TRENTO E ROVERETO

QUETTA ANTONIO 1543-1592, *Reverendissime princeps imperialis camere iuditij iudex equissime domine gratiose*, Trento, Giovanni Battista e Giacomo Gelmini, [tra il 1584 e il 1592].

Esemplare digitalizzato:
Trento, Biblioteca comunale, T 0-op c 5

LINK: https://bdt.bibcom.trento.it/56

BDT – BIBLIOTECA DIGITALE TRENTINA
progetto STABAT – *Stampe antiche Biblioteca comunale di Trento*

COMUNE DI TRENTO

BIBLIOTECA COMUNALE DI TRENTO
UNIVERSAL SHORT-TITLE CATALOGUE
UNIVERSITÀ DEGLI STUDI DI TRENTO
Dipartimento di Lettere e Filosofia
FONDAZIONE CARITRO
CASSA DI RISPARMIO DI TRENTO E ROVERETO

STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* è un progetto concluso, cofinanziato dalla Fondazione Caritro ("Bando Archivi 2014"), dalla Biblioteca comunale di Trento e dal Dipartimento di Lettere e Filosofia dell'Università di Trento; gli altri partner del progetto sono la Soprintendenza per i beni storico-artistici, librari e archivistici della Provincia Autonoma di Trento e l'University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All'interno di Stabat sono state digitalizzate e descritte tutte le edizioni stampate in Trentino nei secoli XV-XVII che si conservano presso la Biblioteca e l'Archivio storico del Comune di Trento. Ogni digitalizzazione è accompagnata da una descrizione della stampa; tutto il materiale è liberamente consultabile sulla *Biblioteca Digitale Trentina* (http://bdt.bibcom.trento.it/).

In questo file le immagini hanno avuto in trattamento OCR e pertanto si possono fare ricerche testuali; le immagini presenti sul sito, dove si può trovare una descrizione completa dell'edizione, hanno invece una qualità maggiore.

Le immagini presenti nella *Biblioteca Digitale Trentina* sono rilasciate con licenza di Pubblico dominio, il presente PDF è distribuito con licenza Creative Commons Attribuzione – Non commerciale – Non opere derivate 3.0.

STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* is a project that was successfully concluded thanks to the support of a group of partners, namely the Caritro Foundation ("Bando Archivi 2014"), Trent Civic Library, the Department of Humanities of the University of Trento, as well as the Superintendence for Architectural, Landscape, Historical, Artistic and Ethno-anthropological Heritage for the Province of Trento and the University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All the editions belonging to the Library and the Civic Historical Archive that were printed in Trentino during the XV-XVII centuries have been digitised and described. As a result, each digital copy is accompanied by a record with specific data regarding the printed book, and is freely available to be consulted on *Biblioteca Digitale Trentina* (http://bdt.bibcom.trento.it/).

The images belonging to this file are OCR-converted, hence the text of this edition can be electronically searched. The images available on the website, on the contrary, have a higher resolution and are accompanied by a complete description of the edition.

The images available on the *Biblioteca Digitale Trentina* are public domain files; this PDF is available under the Creative Commons Attribution – Non-commercial – No Derivative Works 3.0 License.

BDT – BIBLIOTECA DIGITALE TRENTINA

progetto STABAT – *Stampe antiche Biblioteca comunale di Trento*

COMUNE DI TRENTO

Misc. T. b. 1061.
CM 201

BIBLIOTECA COMUNALE TRENTO
G
2 -op
c
9

BIBLIOTECA COMUNALE
TRENTO
ex libris
K 2372011
D 2371960
Stci
T 0-op c 5

12

REVERENDISSIME PRINCEPS IMPERIALIS Camere Iuditij Iudex equiſsime, Domine gratioſe.

ANCIPITEM, & perplexum me multis diebus admodum reddidit, Domi-
norum de Miranis cauſa, & Nobilium Dominorum Aduerſariorum; an prouin-
ciam ſcilicet in ea ſcribendi, vti aduocatus forem ſuſcepturus: & in primis, cum
Reuerendiſſima Veſtra Celſitudo, vti Iudex ſuperior, non ſimpliciter proceſſum
eorum admiſit, ꝙ citatio gratioſe conceſſa, contra DD. Aduerſarios, clare indi-
cat: dum apparet in ea emanatam cum eorum periculo fuiſſe: Item cum tot proceſſus, &
ſententias in eis contentas contra tamen prædictos Dominos de Miranis extare, viderim,
& nunquam in eis verſatus vel vti procurator, ſeu vti Aduocatus, ſed Excellens Doctor
1 D. Ioſeph Gaudentus; cauſam ipſam agitauerit† nam Aduocatus debet totum proceſſum con
ſiderare Bal. in rep. l. Emilius, col. 10. ff. de minorib. Præterea, dum Nobiles DD. Aduerſarij
ſunt DD. mei honorandi. Viceuerſa, dum pro parte Dominorum de Miranis, ab Excell.
D. Gaudento procuratore vt ſupra, & Nobili Capitaneo D. Joanne Baptiſta Balduino, ac
Nobili, & Excellentiſſimo Juriſconſulto D. Antonio Schrotenpergero Sacræ Cæſareæ Ma-
ieſtatis, feliciſſime recordationis, q. Inuictiſſimi Ferdinandi &c. Nec non ſubinde Sereniſ-
ſimi, & potentiſſimi Principis Ferdinandi, Archiducis &c. alias Aulico Conſiliario, ſum-
me doctrinæ, & prudentiæ viro: Affinibus meis honorandis, ſumma cum inſtantia, ſepius
ac enixe facta, pro munere in præſenti cauſa exarandi, per me ſuſcipiendo, fuerim requiſitus:
& quid mirum? cum† vtile ſit omnibus, plures habere aduocatos, ita Ang. in l. rem non no-
2 uam. C. de indic.† Sed quoniam in ea vocatione, in qua quis vocatus eſt à Domino, ambulare
3 debet: iuxta illud Apoſtoli ad Epheſeos, cap. 4. Nam quã quiſq; artem norit, in ea ſe exer-
4 ceat, dicit Mantua in conſ. 234. n. 8† cum aduocati, officium dicuntur habere neceſſarium,
Laurentius Calcaneus in conſ. 8. col. 15. & compelli poſſunt, ad patrocinandum, & ad conſi-
lia præſtanda, ita Stephanus Bertrandus in conſ. 1. nu. 31. vol. 1. vt vtrunq; proxime dictum
affirmat aureus ille Doctor, & immortalis D. Andreas Gail in libro primo practicarum ob-
ſeruationum in obſeruatio. 43. n. 1. 3. in quo verificari illud, quod de Caſtrenſi dicitur, maximè
in hijs partibus, optime noſco: vt ſi quis noſtri, librum aureum Excell. D. Gail non habet,
vendat tunicam, vt illum emat, non potui, ita faciliter, hoc onus mihi iniunctum recuſare, co-
gitando præcipuè, excuſationem Excellentis D. Gaudenti, procuratoris vt ſupra, fore admiſ-
ſibilem, in non allegando in hac præſenti cauſa, ob multitudinem cauſarum, quas præ manibus
5 habet† cum ſtudium, totum hominem poſcit Bal. in l. fi. §. 1. C. comunia delegat. & celleberi-
mus iuriſconſultus D. Tiberius Decianus in reſponſo 39. nu. 128. vol. 2. nam ſtudium, dila-
tionem non patitur, ſicut nec alimenta, ita vt ſententia ſuper hijs lata, non recipiat appel-
lationem, Marcus Mantua in ſingularibus ſuis in ſingulari 22. nu. 3. & 11. & equidem pro
comperto habeo, ꝙ d. D. Gaudentus, in hac præſenti cauſa, non ſe inuoluiſſet, niſi iuſtitiam
fouerent, DD. de Miranis, eius principales, hijs omnibus conſideratis, Non poſſum igitur,
hoc onus coram Reuerendiſſ. veſtra Celſitudine, hillari fronte, non ſuſcipere: non tamen
6 animo Mineruã inſtruendi† cum princeps præſumatur habere omnia iura in pectore Alex.
in l. omnium, nu. 2. C. de teſtam. Cor. in conſi. 200. col. 3. litera X. vol. 1. Beltrandus in conſi.
1. nu. 64. vol. 1. Barthol. Chaſſeneus in conſi. 7. nu. 73. Mantua in conſi. 168. nu. 1. Decia-
nus in reſponſo 58. nu. 64. vol. 2. & in reſponſo 2. nu. 118. vol. 1. Hippolytus Rimin. in conſ.
23. nu. 193. vol. 1. Egidius Boſſius in ſua praxi criminali, in titulo de Principe, & priuile-
gijs eius, n. 316. Iaſ. in l. cum ſillanianum, n. 2. C. de hijs quibus vt indignis, & nouiſſime Ex-
cellentiſſimus iuriſconſultus D. Andreas Gail in obſeruatione 55. num. 5. libro 2. ſed potius
7 laborem immenſum alleuiandi† nam allegationes leuant laborem iudicibus, vt inquit Tibe-
rius Decia. in ſua apologia cap. 10. nu. 8. in vol. 3. ſuorum reſponſorũ in principio, quia Dynus
quando decidebat aliquam quæſtionem, tunc dicebat: ibi eſſe totã ſynodum legalis ſcientiæ,
8 vt refert Barthol. Soci. in conſi. 16. nu. 25. vol. 4† eſt enim opus laborioſum valde, verſari
circa leges, vt dicit Signorolus de Homodeis in conſi. 23. col. 4. verſiculo 2. vol. 1. & affir-

A mat

BIBLIOTECA DELLA CITTÀ DI TRENTO

2

mat Ang. in proemio inſtitut. in princ. ſub nu. 8. nam ſcientia legalis eſt mare magnum, quia
cum hodie conſiſtat fere in communi, & magis communi opinione, & infiniti libri excuſſi
exiſtant, ad eam inueniendam eſt valde difficile, tum quia omnes libri haberi nequeunt, pro-
pter ingentes ſumptus, tum etiam quia tempus non ſufficit, ad quærendum in ſingulis caſi-
9. bus, quæ ſit communis opinio, per reuolutionem omnium librorum cum tot, & tanti ſint,
vt qui omnes videre vellet, non expediret vnam cauſam in Anno, vt dicit Antonius Maria
Coratius in ſuis communibus in libro 3. tit. 12. num. 11. & quod labor maximus verſetur in
conſilijs faciendis, affirmat Thiberius Decianus in d. ſua Apologia in cap. 12. nu. 41. vol. 3.
& quia etiam, allegationes fieri per Excellentiſſimos DD. Aduocatos, in Sereniſſima Spire
Camera, poſt in cauſa concluſionem, ſolitum eſſe video, teſte præclariſſimo iureconſulto ce-
leberrimo D. Andrea Gail in libro primo practicarum obſeruationum in obſeruatione 107.
nu. 13. ob id has meas ineruditas ex improuiſo tamen facere allegationes non erubui, Et eò
libentius, hoc onus mihi iniunctum libere ſuſcipio, cum iuſtitiam, pro dictis DD. de Mira-
nis, ex perlectione proceſſuũ, ne dum ſuper ineptitudine, & alijs nullitatibus introductis,
10. ſed ſuper meritis ipſis, pullulare cognoſcam. Et aduocationis offitium eſſe meritorium apud
Deum: nam & multoties, iſtud offitium, exercuit piiſſimus Saluator noſter, D. IESVS
CHRISTVS, in hoc mundo: fuit enim aduocatus glorioſiſſime virginis Mariæ, in
tribus cauſis, & pro crucifixoribus ſuis, dicens: pater, ignoſce illis, quia neſciunt quid fa-
ciunt, & continue illud munus exercet in cœlo, intercedendo pro nobis apud patrem, vt hæc
omnia dicit Hippol. Riminaldus in conſi. 63. nu. 5. vol. 1. Mouet me plurimum etiam, quòd
Reuerendiſſima veſtra Celſitudo, ſemper habuit & habet, conſiliarios in eius excelſo, & in-
tegerrimo auditorio, ſummi valoris, & integre opinionis, & fame, (ſalua ſemper pace alio-
rum) vt conuenit & decet, ad latè tradita per Hyppol. Riminal. in conſi. 51. nu. 42. & ſeq.
vol. 1. Boſſius in ſua criminali praxi, in tit. de principe, & priuilegijs eius, nu. 206. & 207.
& Mantuã in l. omnium. C. de teſtam. Princeps enim, iuriſperitorum, & procerum ſtipa-
11. tus caterua, non præſumitur inconſulte ſua expedire negotia, Ioannes Igneus in rep. l. dona-
tiones, nu. 13. C. de donatio. inter vir. & vxor. Atteſtantur enim ſcripta excuſſa, atq; præ-
clara, & exquiſita, Excell. D. Andreas Gail, quẽ ſepe honoris cauſa nomino: Placet cun-
ctis omnino, vt omnibus pateſiant rationes, quibus iudicens mouetur ad iudicandum, &
maxime dum conſiſtantur rationes, contra quem iuditium fertur, quod ſaltem fieri debet, in
perplexis iuribus, & opinionibus, vt dicit Craueta in conſi. 778. nu. 1. vol. 5. vt etiam præ-
ſeferunt Deciſiones Romæ, Bononiæ, Genuæ, Pedemontanæ, Lucenſes, & alie excuſſæ: quæ
per diſcurſum allegabuntur infra, & non vt aliqui faciunt, qui ſententiando contra aliquem
ius habentem, vel tacent iura, vel ſolum rationes ſententiæ dicunt, non confutando ratio-
12. nes partis, quia ignorant illa fortaſſis ſoluere nam obiectis non reſpondere, eſt vel animi
ellati, aut ignorantiæ tenebris inuoluti, vt dicit Franciſcus Mantica in ſuo tractatu de con-
13. iecturis tit. 18. nu. 21. lib. 8. fol. 202. vel hoc contingit etiam propter peccata nam Iudices,
& aduocati, propter peccata non vident veritatem, Ant. Maria Coratius in ſuis commu-
nibus libro 1. tit. 5. nu. 4. & Iudex propter peccata neſcit cauſarum dubia ſoluere, vt inquit
Crauetta in conſi. 15. nu. 1. vol. 1. Parum enim eſſet iura condere, niſi eſſent conſtituti ma-
giſtratus, qui illa exequerentur, Decius conſi. 151. n. 2. 12. vol. primo. Initium igitur à Deo
optimo maximo, incomprahenſibili, & altiſſimo, cum bono peragantur exitu, quæ bono
inchoata ſunt principio, 1. q. 1. c. cum paulus, & c. principatus, & in auth. quomodo oportet
14. Epiſcopos, in principio Deus enim eſt propè omnibus inuocantibus eum, vt Dauid affirmat
in pſalmo 144. verſ. 19. non enim ſumus ſufficientes cogitare aliquid à nobis: quaſi ex no-
bis, ſed ſufficientia noſtra, ex Deo eſt: vt atteſtatur Paulus Apoſtolus in 2. ad Corinthios
cap. 3. Quamquam enim inter Doctores, minimus ſim, & minime doctus, & onus ſuper
15. humeribus meis, nimis graue incumbat. Nihilominus quia glo. ſuper illud primo ad Corin-
thios 11. alij quidem, per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ, alij ſcientiæ &c. dicit, cui ſa-
pientia datur, quaſi ſol eſt: cui ſcientia, eſt quaſi luna in nocte ſeculi: illis, quibus dantur
catera: ſtelle ſunt, quia & hæ ſunt neceſſariæ in nocte, vnde in pſalmo, ſolem in poteſtate
diei, lunam & ſtellas in poteſtate noctis, vt hæc refert & ſequitur Ioan. Caldarinus in tit.
16. de magiſtris in conſi. 2. col. 1. circa finem Doctores enim ſunt vti ſtelle in mundo, Beltran-

dus

dus in conſi.300.nu.5. cum ſeq.vol.1.conſiſus in Domino, Domini noſtri Ieſu Chriſti veri, & ſempiterni ſequar imperium, dicentis, quicquid petieritis patrem in nomine meo, ipſe dabit vobis, omnia quæcunq; dixero vobis: non expaueſco hanc ſcribendi prouinciam capeſcere: non tamen ſtilo exquiſito, & eleganti, vt multi ſolent, ſed conſueto, quia conſulentes res ſectant, non verborum politiem, vt inquit Decianus in ſua apologia in c.16.nu.7.vol.3. Non arguendum igitur ad partes, ob temporis anguſtiã, nam tempore egemus, vt maturius aliquid operemur, vt inquit Natta in conſi.525.nu.44.45.vol.3. ſed in proceſſu vbi opus erit, de parte in partem, contraria ſuſcitando, de medio tollam, pace ſemper omnium quorum intereſt, & quo breuius liceat, demonſtrabo per iniuriam inquietari Dominos de Miranis: & proceſſus omnes, & omnia in eis contenta, nullos, & nulla fore, ac ita pronunciãda, & partes contrarias in expenſis condemnandas, & prout latius in eorum libello nullitatis. Nam actor originarius aget quando vult, ſed reus non l.pure. §.fi.ff.de doli mali exceptio.l.ſi quando lex eſt.C.de dilatio.ideo debet venire inſtructus, quia habet tempus cogitandi rebus ſuis, q ſi ſuccumbat, in caſu ſuo proprio debet in expenſis condemnari, Mantua in l.ipſe diſpice, nu.10.C.de edendo, & in conſi.230. Gramaticus in Deciſ.83.nu.1. Ioannes de Amicis in conſi.84.nu.7.8.& Craueta in conſi.823.nu.8.vol.5. & ommittendo verborum copiam, ne fruſtra videar denigrare papirum, teſte Iaſ.in conſi.5.in princ.vol.1. & Roland.à valle in conſi.46.in princ.vol.4. Capio primam inſtantiam proceſſus ſignati litera B. contra Excell.D.Bernardinum Malanotum, interuenientem pro Excell. D. Petro Paulo Andrea Matheoli reo conuento, vti tertio poſſeſſore Domus cõtrouerſæ, inchoatam per Excell.D.Albertum de Albertis, interuenientem pro Mag.& Excell. D. Carolo Grotta, actore: ſciendum eſt igitur q vitio nullitatis, ex pluribus capitibus abundat.

Prima enim nullitas reſultat ex ineptitudine ipſius libelli, de quo in d.proceſſu B. fol.3. nam libellus ineptus irritat omnia acta ipſo iure, quia eſt fundamentum totius iudicij, Bal.in conſ. 84. incipiente verba libelli, col.2.vol.1. Laurentius Calchaneus in conſi.91. il primo, incipiente in cauſa Domini Manuelis, col.pen.verſ.6.& in conſi.28.il ſecondo, incipiente, & prius per me dictis, col.1. Corneus in conſi.277.col.prima, litera B.vol.3. Curtius Iun. in conſi.163.nu.1.cum ſeq.vol.2. Crauetta in conſi.671.nu.1.2.vol.4.& in conſi.151.n.2. & conſi.896.nu.35.vol.5. Rippa in Rub.ff.ſoluto matrimonio, nu.48.& 49. & nouiſſimè celeberrimus Decianus in reſponſo.18.nu.41.vol.1. & in reſponſ.4.nu.5.vol.3.

Et libellus ineptus dicitur, vel ratione deficientis actionis: vel male formatæ concluſionis, vt de primo atteſtatur Bal.in conſi.79. caſus talis eſt, Zeno &c.colu.2.vol.1. Calchanens in d. conſi.28. col.1. Romanus in conſi.69.col.2.nu.10.& ſeq.& conſi.22.col.2.verſi.concludo, nu.4. Signorolus de Homodeis in conſ.240. col.2.in fi.verſ.ſecundo allegatur, & col.3.vol.2. Raphael Cumanus in conſ.42. & in conſi. 77. col.1. circa medium. Petrus de Anchar. in conſil.331. viſis diligenter actis, col.1. verſ. reuertor ad primum. Curt. Senior in conſ. 13. col.4. verſ. quia præmiſſa omnia. Curt. Iunior in d.conſil.163.nu.1.& ſub nu.6. Mantua in l.ſi vnus.§.pactus ne peteret nu.132.ff.de pactis. Crauetta in conſi.626.nu.7.8.volu.4. Summa Rolandina artis notariæ parte 3. cap.9.de iudicijs ſol.332. in rubr. Iudices qui poſſunt, & qui non, in verſ.quod autem, vbi additio in col.3. Ioannes de Amicis in conſ.141. nu.1.& nouiſſimè Excell.D.Andreas Gail in obſeruationibus ſuis, in obſeru.66.& 67.libro primo. De ſecundo autem affirmat Claudius Seiſellus in rep.l.omne officium, nu.10.ff.de officio aſſeſſoris, Mantua in d.l.ſi vnus.§.pactus ne peteret, nu.132.ff.de pactis. Ang.in §. ex non ſcripto, ſub nu.2. Inſtitut.de iure nat.gent.vel ciuili, Ioannes de Amicis in conſ.141. nu.3. Crauetta in conſi.7.nu.1.vol.1.& in d.conſ.626.nu.8.vol.4.& Excell. D. Gail in d. obſeruatione 66.nu.14.

Quæ ineptitudo ex vtroq; capite reſultare cognoſcitur ex d.libello ſi iuſtitiæ oculo inſpitiatur, nam qui non vult videre veritatem eam non videt, Borgninus Caualchaneus in ſuis deciſionibus in deciſione 17.nu.28. Nam hypothecaria actio proponitur parte dicti Mag.Domini Grottæ actoris, contra prædictum Excell. Dominum Matheolum, vt in dicto proceſſu B. fol.3.& fol.18. quæ tamen ſibi non competit, nec tacitè, nec expreſſè, dato etiam q pecuniæ exburſatæ, pro parte dicti Mag.D.Grottæ, Egregio q.Iuriſperito D. Gerardo Miranæ, Patri, & Auunculo reſpectiuè, Dominorum reorum conuentorum, de quibus in proceſſu,

cedere videantur in parte ad ſolutionem partis domus controuerſæ & poſſeſſæ per dictum D. Matheolum, vti eius emptorem, cum appareant receptæ per Excell. D. Malanotum venditorem partis dictæ domus d. Domino Gerardo adminiſtratorio nomine eius filiorum eam ementi, vt in d. proceſſu B. fol. 31. tamen non per hoc inducta intelligitur ſuper d. parte domus tacita hypoteca, ita Rippa in l. ſenatuſcõſulto, n. 10. 11. ff. in quibus cauſis pignus &c. Petrus de Vbaldis in ſuo tractatu aureo de duobus fratribus in octaua principali parte in quæſt. 48. & ſeruit Neguſantius in ſuo tractatu de pignoribus, in 3. parte principali in primo
9. *membro, nu. 43. Nam hyppotheca tacita niſi in caſibus iure expreſſis videlicet in caſu minoris, & Eccleſiæ locum non habet, vt dicit Craueta in conſ. 692. nu. 2. vol. 4. & in conſil. 872. nu. 2. vol. 5. Minusq; expreßa dicitur interueniße hyppotheca, cum ſuper ea, expreßè non ſit actum, de interponenda ſuper d. parte domus, prout requirebatur l. 1. C. de ijs qui potior. cred. l. 3. C. de priuileg. fiſchi, & l. Ariſto. ibiq; Bart. ff. quæ res pignor. oblig. poſſ.*

Nec in contrarium refragatur, q͂ in d. inſtrumento conſtitutionis affictus Mag. D. Grottæ apparet, in margine tamen protocolli præf. inſtrumenti, de quo in d. proceſſu B. fol. 52. de conſtituta expreſſa hyppotheca, quia dupliciter reſponderi poteſt, hoc parum officere intentioni Dominorum de Miranis.

Et primo, quia d. hyppotheca non probatur, nec venit attendenda aliquo modo, imo totum inſtrumentum annullatur, ex infra dicendis ex pluribus nempè, & primo dum in margine protocolli d. hyppothecam ſpecialem dicte domus, præſefert appoſtila quædam, quæ ſuſpecta redditur, ex eo q͂ non apparet eam fuiſſe poſitam tempore celebrationis, & publicationis præfati contractus, ſed longe poſt: hoc enim innuit diuerſitas atramenti dictæ appoſtillæ, ab atramento d. protocolli, ad q͂ eſt addita in margine, oſtendit etiam clarius præcedens apoſtilla ad d. protocollum in principio, vbi dicitur extractum; Nam ex vno, & eodem atramento, d. verbum extractum, & d. apoſtilla ſcripta apparent, longe tamen diuerſo, ab atramento ſcripturæ d. protocolli, quo caſu, cum inſtrumentum productum in iuditio de quo in d. proceſſu B. fol. 52. extractum à d. protocollo fuerit, poſt publicationem: longe poſt, vt eſt credendum, & eſt veriſimile: ergo & pariter d. ſecunda apoſtilla ex eodem atramento confecta, dici debet longè poſt publicationem d. contractus affictus, in margine addita, et eſt veriſimile, cum notarius ipſe, in ſuo teſtificatu atteſtatur d. appoſtillam fuiße per eum poſitam ex poſt domi, vt apparet in d. proceßu B. fol. 98. licet ei non ſit credendum, de tàm breui tempore,
10. *quia diuerſitas atramenti ex veriſimilitudine in contrarium aliud ſuadet. Notario enim non creditur, vbi agitur de eius intereſſe, vt hic, quia eſſet teſtis in facto proprio, Decian. in d. reſponſo 91. nu. 23. vol. 3. & minus credendum eſt ei in eo, q͂ dicit, q͂ dicta hyppotheca fuerit publicata, vna cum alÿs contentis in d. inſtrumento, q͂ longè etiam abeſt à veriſimili, quia non eſt veriſimile, quod publicauerit id q͂ in eius matrice, ſeu baſtardello, tunc temporis d. publicationis, ſcriptum non inueniebatur, Nec ex obliuione ommißa creditur, in ſcribendo contractum publicatum ad protocollum, quia Notarÿ rogati de contractu, primo faciunt ſcripturam, quam vocant ſuum baſtardellum, ſiue ſcripturam memorialem, & matricem, & non protocollum: quæ apoſtillatur, & in ea additur, & diminuitur, & interlineatur ſecundum contrahentium voluntatem, demum facta eiuſdem publicatione redigunt dictũ baſtardellum ſiue ſcripturam apoſtillatam Domi extensè: & per ordinem, in eorum protocollis, ad latè tradita per Andream Barbatiam in rep. aurea rub. extra de fide inſtrum. & Bertrandum in conſi. 44. nu. 8. 9. 10. vol. 2. & in conſil. 321. nu. 2. 3. vol. 3. quo fit, vt cum in margine d. protocolli, reperiatur præfata apoſtilla, quod ideo mi:um immodum ſuſpitione*
11. *non modica careat, minimè dici debet, & maximè quia de ea, nulla fit mentio in ſubſcriptione, prout infra dicetur, ideo non probat, vti addita poſt perfectum contractum; per prædicta ita, Tobias Nonius in conſi. 80. nu. 7. 8. Bertran. in conſ. 2. nu. 46. 50. vol. 2. præcipuè cum non fuerint adhibiti teſtes præfatæ apoſtillæ, & facta coram Iudice, prout requirebatur, cum ſubſcriptione notarÿ, quo caſu non probat, vt per Caſtrenſem in conſi. 38. incipiente dubium facit, col. fin. vol. 1. Abbatem in conſi. 34. nu. 4. vol. 2. Bertrandum in d. conſ. 2. num. 49. 50. vbi refert ita fuiſſe obtentum Bononiæ, & in d. conſi. 321. nu. 3. vol. 3. vbi etiam requiritur locus, & tempus, pro eius validitate, Curt. Senior in conſi. 55. vbi etiam docet notarium circa rogitus faciendos, colum. prima, Curt. Iunior. in conſ. 145. nu. 17. Franciſcus Marcus in*

ſuis

ſuis Deciſionibus parlamenti Delphinatis in deciſione 744. & 745. & nouiſſimè Decianus in reſponſo.91.nu.29.vol.3.quia Notarius non poteſt facere aditiones, vel corrigere errorē, aut emendare ex ſe ipſo, quia illi non creditur, etiam cum teſte, nec cum iuramento in ſuplementum, niſi præcedente partis citatione, & iudicis authoritate, & cauſæ cognitione, maximè circa ea quæ de circunſtantijs, & ſubſtantialibus facti exiſtunt, & quando ſcripturam ipſam compleuit, & publicauit, quia alioquin facit ſe ipſum ſuſpectum, vt pulchrè etiam tradit Thomas Grammaticus in conſ.24. num.1. cum ſeq. in criminalibus, & Marcus cum alijs ſupraſcriptis.

Præterea quia prædicta Apoſtilla eſt ſuſpecta ex eo, ꝙ ex diuerſo atramēto fuit ſcripta, ab atramento protocolli, Bertrandus in d.conſi.2.nu.45.vol.2. Ancharanus in conſil.431. col.1. verſ.deſcendo, Curt.Iunior in conſ.52.col.finali, in fine, Bartho.Socinus in conſ.94.colum.4. verſ.circa tertium, vol.1. Craueta in conſi.573.nu.23.vol.4.nam ſcriptura quæ habet diuerſitatem attramenti in ea, non caret ſuſpitione, per præfata ꝙ exemplificat Decianus in reſponſo 15.nu.57.vol.primo, de milleſimo ſcripto diuerſo atramento in quodam contractu.

Item ſuſpecta redditur præfata apoſtilla cū de ea nulla mentio fuit facta per Notariū in fine dicti protocolli, prout debebat vt per Bertrandum in d.conſ.2.num.48.50. Ideo non probat, & in conſi.321.n.3.vol.3. Mantuam in l.finali.C.de edicto diui adr.tol.Caſtrenſem in d.conſi.38.incipiente dubium facit, col.pen.in fine, vol.primo, Thobiam Nonium in conſi. 80.nu.6. Crauetam in conſi.573.nu.23 vol.4.& Decianum in reſponſo.100. num.10.volum.2.& in d.reſponſo.91.ſub nu.10.vol.3.

Vlterius ſuſpitione minimè caret apoſtilla præfata, cum contineat hyppothecam in d. contractu conſtitutionis affictus, & ſic rem prorſus inſolitam, & contra communem ſtylum conſtitutionis affictuum, vt poteſt videri ex pluribus affictuum inſtrumentis in hys regionibus: & ex forma data per Illuſtriß. & Reuerendiß.D.Cardinalem Triden. quo caſu non probat Socinus in conſ.100.col.penul.verſic.præterea vbi noua res dicitur inſolita, & inſolita arguunt ſuſpitionem, maximè contra notarium, Curt.Senior in conſilio 17.col.3.conſil.55. col.7. & colum.fin.ad finem, & Curtius Iunior in d.conſi.145.nu.17.& Decianus in d. reſponſo. 91. ſub nu.14.16.volum.3.nec eſt veriſimile quod de hyppotheca apponenda per partes fuerit cogitatum cùm illæ pecuniæ fuerint exburſatæ pro conſtituendo affictu ſuper vna petia terræ, prout fuit conſtitutus ſecundum conſtitutiones Martini & Caliſti Papæ, de quibus in extrauagantibus ſub titulo de emptione, & venditione, & ſic alia hyppotheca non requirebatur vnde iſta non veriſſimilitudo cauſat maximum inditium ſuſpitionis ad tradita per Decianum in d.reſponſo.91.num.43.& ſeq.

Accedit alia ſuſpitio circa præfatam apoſtillā ex quo poſita fuit circa ſubſtantialia negotij de quo agitur, ad latè tradita per Signorolum de Homodeis in conſi. 252. colum.penul. & in conſi.259.& per Decianum in d.reſponſo.91.n.11.& ſeq.vol.3. & per Gram. d. conſi.24.

Apoſtilla præfata ſuſpitionis vitio ſe inuoluit etiam quia fuit appoſita in loco incongruo, & inſolito ad d.protocollum, vt per Decianum in d.reſponſo.91.nu.14. vol.3.

Arguitur ſuſpitio penultimo loco circa præfatam apoſtillā ex quo apparet in margine protocolli fuiſſe poſitam, quia additiones in margine ſunt ſuſpectæ, neq: fidem merentur niſi notarius fidem atteſtetur in ſubſcriptione, aliter notarius non debet extrahere inſtrumentum ex protocollo cum d.apoſtilla, vt per Decianum in d.reſponſo.100.num.10.vol.2. & in d. reſponſo 91.num.10.

Vltimo loco verſatur non modica ſuſpitio circa præfatam apoſtillam ex eo ꝙ fuit à præfato protocollo cum apoſtilla in margine extractum inſtrumentum de quo in proceßu productum, extenſe cum verbis d. apoſtillæ poſitis in contextu inſtrumenti non autem in margine adeo quòd neceſſe fuit recurrere ad inſpectionem d. protocolli, in quo reperta fuit d. apoſtilla in margine, & non in contextu protocolli quod ſic fieri de iure minimè potuit. Decianus in d.reſponſo 100.num.12.vbi ſubdit ꝙ qui non producit inſtrumentum, prout producere debuit indicat ex hoc ſuſpicionem falſi nu.13.14.volum.2.

Unde cùm ex præfatis multe oriantur coniecturæ ſiue adminicula ſuſpitionis licet due ſufficerent ad derogandum fidei præfati inſtrumenti, maximè cùm ciuiliter agitur, vt per Decianum in d. reſponſo 100. nu.11.vol.2.& in reſponſo 91.nu.41.42. volum. 3. eo magis in

caſu

caſu noſtro derogatum cenſetur omnino fidei præfati inſtrumenti, per tantas coniecturas, & præſumptiones ſupra deſcriptas, quo caſu non probat, nam ſuſpitio falſitatis quæ probatur per primam figuram protocolli, vbi in margine adeſt apoſtilla, quæ fuit poſita poſt publicationem, inſcia altera parte, & non apparet de ſubſcriptione, & poſita in loco inſolito conſtat, & circa ſubſtantiale, cum principaliter attingat negotium de quo agitur, vt per Decia. in d. reſponſo. 91. nu. 9. & ſeq. & hæc quamquam de iure militent, & in propoſito caſu faciãt, tamen dicta ſint ex abundanti, quia ſatis eſt etiam oſtendiſſe d. inſtrumentum reſpectu dictæ apoſtillæ ſuſpectum eſſe de falſo, & non probare, cum in ciuilibus ſuſpitio falſitatis, habetur pro falſitate, vt in terminis apoſtillæ, tenet Curtius Iunior in d. conſi. 52. in fine, Cravetta in conſi. 634. nu. 7. vol. 4. & in conſi. 809. nu. 20. & in conſi. 827. nu. 5. volum. 5. & in conſil. 641. num. 3. 4. vol. 4. Iaſon in conſilio 168. num. 2. volum. 4. Decius in conſi. 448. num. 28. volum 3. ꝙ procedit etiam reſpectu condemnationis faciendæ, ſecundum communem opinionem, de qua atteſtatur Decianus in d. reſponſo 100. nu. 9. volum. 2. & in reſponſo 91. nu. 9. in terminis apoſtille, volum. 3.

Nec in contrarium releuat aliqua bona præſumptio pro notario, in hoc caſu, cum ſublata cenſeatur per præfatas in contrarium tot coniecturas, vt per Decianum in d. reſponſo 91. nu. 4. & 40. cum ſeq. vol. 3. & Thobiam Nonium in d. conſi. 80. nu. 7. 8.

Vel ſecundo reſpondeo, quod de d. expreſſa hyppotheca non eſt agendum, quia habetur pro non appoſita ex quo nulliter fuit addita in margine protocolli, inſerta tamen in corpore d. inſtrumenti conſtitutionis affictus D. Grotæ extracti a d. protocollo, & producti in d. proceſſu B. fol. 52. ꝙ patet, dicta enim portio domus, de qua agitur, fuit empta per d. q. Egregium Dominum Gerardum Miranam, a d. Excell. D. Malanoto eius ſororio, interuenientibus ambobus pro hincinde eorum filys, adminiſtratorio tamen nomine, altero ſcilicet vendente, & ſic d. q. Domino Malanoto nomine filiorum ſuorum: alteroq; emente, ſcilicet d. q. Domino Gerardo, vt inſtrumentum de quo in d. proceſſu B. fol. 31. ſatis indicat, dum apparet factum coram prætore, & ꝙ inſtrumentum præfatum in medio, & fine eiuſdem dicit, adminiſtratorio
7. *nomine &c. quia vna pars legis alteram declarat. l. vtrum. ff. de petitio. hæred. l. ſeruũ filij. §. fin. ff. de leg. 1. l. qui filiabus. ff. eodem titulo, Indicat etiam inſtrumentum aliud venditionis d. domus factæ ex poſt, per d. Dominum Gerardum, q. Nobili Domine Ludouicæ Cleſiæ, de quo apparet in d. proceſſu B. fol. 44. vbi facit d. D. Gerardus conſentire dominam eius vxorẽ in d. venditione, nam ſi eſſet proprio nomine empta, non requireretur talis ſolemnitas: Vnde cum nomine filiorũ d. D. Gerardi reorũ conuentorũ eſſet facta tota emptio, ergo d. domus erat effecta filiorũ quia emptio nomine aliorũ fieri ẽt poteſt de iure, & tranſit dominiũ, & poſſeſſio. l. 1. ff. ſi quis alteri, vel ſibi, & Rolan. a Valle in conſ. 4. col. 1. vol. 2. ſequitur concluſio iuridica, ꝙ ſuper dicta parte domus, vt ſupra empta, non ſubſiſtat hypotheca aliqua ad fauorem D. Grotæ, minusq; ſuper tota, cum eſſet propria filiorum, quia in re aliena non cadit hyppotheca. l. rem alienam. ff. de pign. actio. Corneus in conſi. 128. litera E. vol. 4. licet alienari poſſit, & rationem diuerſitatis ponit Rippa in l. 1. nu. 14. ff. de pignor. & hyppoth.*

Et ſi diceretur, ꝙ licet empta fuerit nomine filiorum tamen retentio datur quouſq; ſolutum fuerit pretium ementi nomine alterius, vt inquit valla loco ſupraſcripto, reſpondetur, ꝙ emptor præſumitur emiſſe, ex pretio bonorum venditorum per ipſum D. Gerardum tanquam adminiſtratorem ipſorum filiorum ſuorum, cum apparuerit ipſum vendidiſſe multa bona ipſorum filiorum ante conſtitutionem affictus d. D. Grotæ, vt apparet in proceſſu A. fol. 2. 3. 16. 18. & per totum ferè, & ſic non ſumus in caſu ꝙ pater ſoluerit de ſuo, vt præſupponit Rolandus quinimo apparet etiam ipſum D. Girardum vendidiſſe poſtea d. domum d. q. Nob. D. Ludouice, cuius, & partem pretij accepit, vt in d. inſtrumento de quo in proceſſu B. fol. 44. cuius pretij ratio, etiam reſpectu alienatorum haberi debet à patre, cum etiam pater adminiſtrans bona filij aduentitia rationem reddere teneatur ad latè tradita per doctores in l. cum oportet. §. non autem. C. de bonisq; liber. Aret. in conſi. 72. in 6. dubio, Soci. conſi. 34. n. 15. & ſeq. vol. 1. & Alex. in l. imperator. ff. ad Trebellia.

Accedat ꝙ nulla competat hyppothecaria d. Domino Grotæ, quia nulla inuenitur facta illi ceſſio per Excell. D. Malanotum priorem creditorem ſuper dicta parte domus filiorũ nomine, quæ ceſſio vtiq; de iure erat neceſſaria facienda hoc caſu, quia dictus D. Grotta non erat creditor

factus

factus reſpectu exburſationis d. ſt. pecuniarum, quo caſu dicitur experiri ſine actione non facta dicta ceſſione.l.1 C.de hijs qui in prior.creditor. locum ſucceſſ. ibiq; glo. Bart. & alij, & l.3.C.de priuilegijs fiſci,& l.Ariſto.ff.quæ res pignori obligari poſſunt, vbi Barto.ſecus autem ſi D.Grota fuiſſet prius creditor, per quas leges,& doctrinas ita diſtinguendo conſuluit Craneta in conſi.582.nu 2.vol.4.

Quòd verò ineptitudo d.libelli Mag.D.Grotæ reſultet, ex inepta concluſione, quando dicta intentata hyppothecaria actio competeret, quæ tamen nullo modo cōpetit,ex prædictis manifeſtè colligitur, ex eo, cum non fuerit petita ſola auocatio poſſeſſionis domus controuerſæ, vt eam detinere poſſet, donec eſſet ſatisfactus,vt debebat, quia ſic in ea concluditur Rippa in l.debitor, nu.11.ff.de pigno.& in l. edita. nu.18.C.de edendo, Papienſis in forma libelli in actio.hyppoth.in gl.fin.nu.1.cum ſeq. Calchaneus in d.conſi.28.col.2.verſ.& primo, Corneus in conſi.55.col.prima,litera A.vol.3.Barthol.Socinus in conſi.112.col.1.& 2.vol.4. vbi docet practicam in ea agendi, & probandi. Signorolus de Homodeis in conſi.42.col.2. Neguſantius de pigno.in 3.membro octauæ partis principalis,nu.24.& nouiſſimè Antonius Cioſius in conſi.96.num.3.vol.primo, quia hyppothecaria ſolam poſſeſſionem auocat.l. claudius fœlix ff.qui potior.in pignor.& Salyc.in l.vnica quæſt.6.C.ſi de momenta.poſſeſſ. fuer.ſed petit ſortem, & affictus reſtantes,vt in d.proceſſu B. fol. 259. 261. 268. 286. & prout latius in d.proceſſu apparet, nam geminata, & triplicata petitio multum operatur ad oſtendendam enixam mentem.l.Baliſta, vbi doctores.ff.ad trebellianum, quod fieri non poterat per prædicta: etiam attenta natura affictus, quia affictalini non poſſunt inuiti cogi ad ſe affrancandum, vt in d.extrauagantibus patet, quod ſi vigore pacti de quo in d. inſtrumento conſtitutionis affictus, d.ſortem petere volebat D. Grota, tunc affictus reſtantes peti non poterant, imo ſoluti per d.q.D.Gerardum cedunt ad extinguendam ſortem, quia alioquin commiſſa eſſet vſura petendo ſortē, & fructus ſimul vigore dicti pacti,Didacus in 2.tomo variarum reſolutionum in cap.7.col.5.6.& confert quod notat Bertachinus in ſuo repertorio in verbo pacta inualida, verſ.38.Berous in conſi.207.nu.30.& ſeq.vol.3.& Barthol.Soc. in conſi.130.ſub num.18.volum.4.& nouiſſimè Gaſpar Caballinus in ſuo tractatu de vſuris in quæſtio.74.nu.573.quia pacta contra ſubſtantiam contractus ſunt nulla, Pet.Ant.Anguiſſola in conſi.16.nu.1.fol.27.quo fit vt plus debito petere dicatur, ex prædictis, vnde cum conſtare liquido quilibet perſpiciat ex ſupradictis d. ineptitudinem libelli ex deſſiciente iure,& concluſione malè formata, & ſic nullitatem, ſatis nulliter venit pronuntiandus libellus cum expenſarum refuſione.

Si autem agere prætendebat actione in rem ſcriptam ad affictum, male etiam hoc caſu egit D. Grota, quia ad ſortem, & ad affictus ſimul, ſibi non competebat actio: ſed alternatiuè petendum erat, vel vt ſolueret, tertius ille poſſeſſor, ſcilicet D. Matheola affictus reſtantes, & inueſtituram reciperet,vel rem hypothecatam pro affictibus relaxaret, Ripa in l.1.§.ſi hæres.ff.ad Trebellia.Couaruuias in 2.thomo in libro 3.variarum reſolutionum, cap.7.n.6. quinimo cum d.affictus ſit conſtitutus ſuper vna petia terræ, ſpecialiter deſignata, vt in d. proceſſu B.fol.52.quod non poterat contra tertium poſſeſſorem domus agere niſi in ſubſidium forſan,ad notata per D.Franciſcum Cemam in ſuis ſingularibus in ſingulari ſuo 53.vel ſaltem pro rata debebat agere, vt per Couaruuias in d.cap.7.nu.6.7.& per Barthol.a Chaſſeneo in conſuetud.Ducatus Burgund.in rubr.5.des rentes vendues.§.2.nu.35.quo fit, vt etiā ex hoc capite dicitur inepte egiſſe, & per conſequens nulliter, maximè cum egerit contra formam extrauagantium Martini,& Calixti Papæ, Mendoſius in additio. ad Rom. in conſi. 260.ſub litera D.

Et quando Domino Actori competijſſet actio hyppothecaria, quod tamen non conceditur, ſtantibus prædictis eo etiam in caſu nulliter,& ſecundo egit Mag.D.Grotta, contra prædictū D.Matheolum tertium poſſeſſorem, non facta prius excuſſione, prout non fecit, in bonis principalis debitoris,quæ tamen requirebatur, ante hyppothecam intentandam, tàm ex diſpoſitione ſtatuti Tridenti, cap.74.in ciuilibus; quàm iuris cōmunis, ita Ludouicus Bologninus in conſi.18.col.fin. Signorolus de Homodeis in conſi.57.col.2.& Crauetta in conſil. 692.vol.4.præterea quia non interuenit prius declaratio iudicis, prout de iure etiam requirebatur circa excuſſionē fuiſſe legitimè factā,tàm vigore prædicti ſtatuti quàm iuris cōmunis

Bart.

Bart.in l. ſtipulatio.§.habet,nu.4.ff.de ope.nonuntia. Hieronymus Magonius in deciſione Lucenſi 53.nu.30.Roma in conſi.211.nu.4. Cephal.conſi.98.nu.9.vol.1. & eſt magis communis opinio, de qua atteſtatur Rolandus à Valle in conſi.85.nu.20.22.23.vol.2. & tenet Bertrandus in conſi.143.nu.5.6.vol.2.vbi non competeret, ſaltem exercitium iuris,quando ius competeret; quia tunc non eſſet aperta via agendi, idem Socinus in conſi.24.col.7.verſ. quarto videtur probari, vol.1.& in conſi.96.nu.17.18.vol.4.& Signorolus de Homodeis in d.conſi.57.col.2.

Libellus eſt etiam nullus, vigore perſonarum illegitimarum, in proceſſu interuenientium, cum [3] *in qualibet cauſa quantumuis ſummaria prius de perſonis quærendum ſit, Rol. à Valle in cõſi. 71.nu.6.vol.1.Natta in conſi.143.nu.1.vol.1. Burſat.in conſi.116.nu.9.volu.1. Simon de Pretis in conſi.79.nu.43. alioquin nulliter agitur, nam geſta per falſum procuratorem nulla eſſe dicuntur, Andreas Barbatia in conſi.15.col.2.nu.8.vol.2. Antonius Cioſius in conſi. 134.nu.10.& in conſi.99.n.5.vol.1. Sebaſtia.Vantius in ſuo tractatu de nullitate, in rubr. de nullitate ex deffectu inhabilitatis &c.nu.59.& Burſat.in conſi.225.n.70.vol.2.Simon de Pretis in conſi.177.nu.16.Rob.Maranta in ſua praxi, in 4.parte diſtinctio.16.num.12. accedente maximè oppoſitione facta,vt in proceſſu B.fol.9.& alibi, vt per Joannem Igneum in rep.auth.ex cauſa,nu.10.110.126.C.de liber.præter.imò proceſſus eſt nullus ipſo iure, quia carent perſonæ quibus iuditium ſubſtantialiter exiſtere debet, quod eſt magnus deffectus, Jo.de Annania in conſi.96.col.2.& in conſi.104.col.2.& fin.& Anchar. in conſi.386. col.2.& Sebaſtia. Vantius in d.tit. de nullitate ex deffectu inhabilitatis, num.60. Simon de Pretis in d.conſi.177.nu.17.& ſeq.& iſta exceptio poteſt ſemper opponi, & reddit iuditium retro nullum, Dynus in conſil.25. Ioan. de Annania in d.conſil.96.col.2.& in conſi. 104.col.2.& Vantius de nullitate in d.n.59. Judex enim perſonas nõ idoneas admittens te-* [4] *netur de ſuo, Burſat.conſi.193.nu.2.vol.2. & procurator qui non debet admitti ſi fuit admiſſus proceſſus eſt nullus, Signor.de Homodeis in cõſi.170.& ex parte Excell.D.Alberti interuenientis nomine Mag.D.Grottæ Actoris, qui producendo libellum, non produxit mandatum, quod non legitimè proceſſerat,tenet in terminis Fulgoſius in conſi.195. quod procedit etiam quod fuiſſet productum, & non regiſtratum in Actis, Curtius Senior in conſi.76.col.2.* [5] *& Io.Baptiſta Aſinius in ſua praxi iudiciorum, in §.22.cap.8.nu.5. nam mandatum vt releuet oportet,vt coram notario producatur, relinquatur, & detur copia parti Decia.in reſponſo 121.nu.15.19.vol.3. alias actus eſt nullus, Bartholameus a Chaſſeneo in conſuetu. Ducat.Burgundie,in rubr.4.in §.5.in glo.ad tex.in verbo ſans procuration,num.5.6.& Papienſis in forma ſententiæ diffinitiuè, in glo.1.ſub nu.7. nam non creditur aſſerenti ſe eſſe procuratorem alicuius, niſi mandatum doceatur,& contrahens cum eo non probato mandato dicitur eſſe in mala fide, & dolo, Craueta in conſi.260.ſub nu.3. hic autem non apparet de procura d.Excell.D.Alberti de Albertis,interuenientis nomine quo ſupra, neq; de procura conſtat Excell. D.Bernardini Malanoti, pro q. Excell. Domino Matheola interue-* [6] *nientis, licet de hoc fuerit oppoſitum,vt in d.proceſſu B.fol.9. nec tale mandatum præſumitur vſq; ad mille annos in iudicijs, vt dicit Simon de Pretis in d.conſi.79.nu.8. imò, quod non fuerit, ac ſit procurator d.Excell.Dominus Malanotus,vltra ſuam propriam atteſtationem, vt in d.proceſſu B.fol.9.19.20. apparet ex eo quia petijt notarij tranſmiſſionem pro facien-* [7] *do procuratorio,vt in d.proceſſu B.fol.9.& tamẽ nullibi conſtat quo caſu eſt nullus, quia libellus contra procuratorem non legitimum eſt nullus, Bald.in l. generaliter, colum. penult. C.de Epiſcop.& cler.Hæc enim negatiua, quod ambo prædictis Excell. D.interuenientes non ſint procuratores probatur ex actis in d.prima inſtantia obſeruatis, Barthol.Socinus in cõſi. 46.nu.41.42.46.vol.4.Decius in conſi.483.num.4.vol.3. Anchar.in ſuis quæſtionibus in quæſtio.58.num.9.libro 3. Crauetta in conſi.497.nu.19.volum.3.& in conſi.866.num.3. volum.5. Sebaſtia.Vantius in d.titulo de nullitate ex deffectu inhabilitatis, nu.62. Acta n. cauſarum facile, quod in iuditio actum ſit monſtrant. Jo.Igneus in rep.l.neceſſarios.§.non alias, nu.625.ff.ad Syllanianum, paria enim ſunt non eſſe, & non apparere, Crauetta in conſi.* [8] *860.num.3.volum.5.ergo ex hoc capite etiam fuit, ac eſt nulliter actum, nam ineptitudo reſultat etiam ex illegitimatione perſonarum, Signorol.de Homodeis in conſi.240.col.2.verſ. venio ad ſecundum.*

Nullus

Nullus eſt etiam proceſſus d. primæ inſtantiæ ex deffectu ordinis non ſeruati, quia non apparet quod fuerit conteſtata lis quæ eſt lapis angularis inditij, Io. de Amicis in conſil. 72. num. 6. quo deffeciente corruit actus ipſo iure. l. prolatam. C. de ſententijs, & interlocu. omn. iud. Crauetta in conſi. 657. ſub nu. 10. volum. 4. ea enim ommiſſa, non poteſt deueniri ad deffinitiuam, Marinus Socinus in cap. 1. num. 7. communem dicit, extra vt lite non conteſtata, & in terminis Bar. Socinus conſi. 47. nu. 1. vol. 4. & in conſi. 96. col. 1. vol. 1. vbi atteſtatur de communi, Signorolus de Homodeis in conſi. 243. in principio, Io. de Amicis in conſi. 137. n. 9. & Decius in conſi. 483. volum. 3. præterea quia non apparet, quod fuerit iuratum de calumnia, neque concluſum in cauſa, quo caſu, nullus eſt proceſſus, d. l. prolatam, vbi omnes doctores, nam ordini iuditiorum non poteſt per partes, ſiue expreſſè, ſiue tacitè renuntiari: vt not. extra de officio delegati. C. de cauſis, Bald. in conſi. 262. num. 2. volum. 3. Guido Papa in ſingulari 177. Alex. in l. quia tale, §. elleganter, nu. 9. ff. ſol. matrim. Iaſ. in l. quæ delegato, nu. 7. ff. de leg. 1. Ripa in l. obligatione, num. 27. ff. de pignor. & hypoth. Curtius in ſuo tractatu de ſequeſtratione in quæſt. 22. Robert. Maranta in ſuo aureo ſpeculo iudiciorum, in 9. diſtinct. nu. 82. Petrus Rebuffus in rep. l. quod iuſſit ſub nu. 150. verſ. ratio eſt, & n. 203. ff. de re iud. Sebaſtiã Vantius in ſuo tractatu de nullitatibus, in tit. de nullitate ex deffectu proceſſus, nu. 12. Anchar. in quæſtio. 37. nu. 1. libro primo, Hyppolitus Riminaldus in conſi. 52. num. 82. & ſeq. volum. 1. & Io. Baptiſta Aſinius in ſua iudiciorum praxi, in §. 4. cap. 6. quod maximè procedit, ſi ordo concernit tellam iudiciariam, vt in caſu iſto, quia tunc dicitur ius publicũ continere, Quinimo Iudex non ſeruans ordinem iuris, pro priuato habetur, quia iuſtitia tũc adminiſtratur, quando iuris ordo obſeruatur, vt notabiliter ſcribit Clariſſimus D. Andreas Gail in ſuo ſingulari tractatu de pace publica, cap. 5. num. 7. 8. 9. libro primo. Nec obſtat quod videatur conteſtata lis ex negatione d. Domini Malanoti, & per interlocutoriam iudicis, vt in proceſſu B. fol. 11. 13. quia reſpondetur, quod nulliter fuit facta negatio per d. Excell. D. Malanotum, ex quo caret mandato per prædictam, nam nihil & nullum parificantur, Barb. in conſi. 44. col. 6. num. 13. volum. primo, Caſſeneus in conſi. 18. num. 20. & Crauetta in conſ. 553. ſub num. 6. & conſ. 592. nu. 127. & in conſ. 680. ſub nu. 2. vol. 4. & in conſ. 853. nu. 3. volum. 5. nam paria ſunt non eſſe, & non apparere, Crauetta in conſi. 860. num. 3. volum. 5. & ſeruit quod ſcribit Signorolus de Homodeis in d. conſ. 243. in princip. & in conſ. 245. in princip. vbi litis conteſtatio, die feriato facta, facit corruere proceſſum, quia habetur pro non facta, vt ibi per eum. Nec in contrarium pariter refragatur pronunciatio D. Iudicis, de qua in proceſſu B. fol. 26. ſuper d. conteſtatione litis: per quam tacitè videtur pronunciaſſe prædictum Excell. D. Malanotum, fore ac eſſe legitimum procuratorem, quia d. pronunciatio, etiam quod fuiſſet expreſſa, non valeret ad præiuditium Domini Abſentis, Alex. in cõſi. 80. ſub nu. 4. vol. 2. Cy. in l. falſus procurator, in quæſt. fi. C. de furtis, & Bart. in l. 2. ſub n. 15. ff. de appell. recip. cum verè non fuerit, aut ſit procurator d. D. Malanotus, quod maximè procedit cum agatur de contentioſa iuriſdictione, & de ſubſtantia inditij, vt in ſimili de tutore tradit Corneus, Caſtrenſis, Decius, Riminaldus, Iacobus de Sancto Georgio, & alij in l. bonorum quidem, la ſecunda. C. qui admitti, & Angelus in §. neq; tamen, ſub num. 3. Inſtituta de authoritate tuto. Antonius de Butrio in c. ſuper literis. col. 15. in princip. de reſcrip. Speculator in tit. de tutore. §. generaliter, nu. 6. 7. & in §. videndum, num. 43. de probationib. Raphael Cumanus in l. iure noſtro. ff. de teſtamenta. tutella, Alexander in l. is cui bonis, nu. 17. ff. de verb. obligat. nam cum in actis non apparet de mandato, tunc pronunciatio iudicis non poteſt facere procuratorem, qui non eſt, Petrus de Anchar. in conſi. 41. Curtius Senior in conſi. 76. col. prima circa medium, Ludouicus Bologninus in additione ad Ioannem de Annania in conſi. 96. in fine, & conſi. 104. in principio, Bertachinus in ſuo repertorio in verbo iuditium, verſi. 47. & 52. & in verbo legitimatio mandati, verſic. finali, Gabriel in conſi. 36. num. 27. & ſeq. & Fely. in c. ſuper litteris, num. 65. extra de reſcriptis qui omnes optimè ſeruiunt etiam a fortioribus caſui noſtro, quia Iudex non poteſt ſuplere inhabilitatem Anton. de Butrio in d. col. 15. & Andreas Barbatia in rep. rubr. de fide inſtrum. col. 54. & Decius in conſi. 549. ſub nu. 3. vol. 3. & facit quod ſi Iudex condemnat titium tutorem ſei, non per hoc præſumitur tutor, ita Io. de Imol. in c. quoniam contra, col. fi. extra de probatio. tutor enim quiſquam non probatur, quod pro tutore ſit habitus, ita Crauetta qui alia adducit ſimilia

in conſi.339.nu.7.vol.3. quia licet habeat officium publicum authoritate, eſt tamen priuatũ quo ad vtilitatem, ita Fely.in c.poſt ceſſionem, nu.34.de probationib. & ſeruit etiam ꝙ ſi inſtrumentum eſt deſcriptum in actis, & iudex pronunciet perpetuam fidem adhibendam ſi pars non contradicit audietur, ſi dicere vult de nullitate etiam ꝙ non appellauit. Card. Zabarella in d.c.quoniã contra col.3.de probatio.nec talis pronunciatio præiudicat Domino.Fely. in d. c.ſuper litteris.d.n.65.ad idem accedit quia Iudex non poteſt facere, vt qui non iurauit intelligatur iuraſſe Decia.in reſponſo 84.num.54.vol.2.& ſic concluditur, ꝙ non obſtante aliqua pronunciatione iudicis, ꝙ poteſt dici de nullitate per prædictos Doctor. etiam ꝙ fuiſſet expreſſa pronunciatio, prout requirebatur, facit Fely.in d.c.ſuper litteris, nu.74. & tanto magis cum t. ntum tacita pronunciatio interuenerit.

Præterea quatenus aliqua conteſtatio litis fuiſſet facta legitimè, ꝙ non admittitur per prædicta, foret ac eſſet etiam reuocata, dum iterum, & ſæpius, ex poſt fuit inſtitum per Excell. D. Albertum, pro conteſtatione litis, nomine Domini Grotæ Actoris, vt in d. proceſſu B. fol.12.13. quia per ſecundum actum, videtur receſſum à primo, Hieron. Magonius in deciſione Lucenſi 62.n.21.& ſeq. Excell.D.Iacobus Menoch. in conſi.279.nu.66.volum.3. Sigiſmundus Lophredus in conſi.41. num.10.Natta in conſi.527.num.1.volum 3. nam per ſecundum compromiſſum videtur receſſum a primo, Soci.conſi.87.nu.3.vol.4.& in conſi.27. incip.pro deciſione &c. col.2.vol.1. vltra ꝙ fuit lis pronũciata pro conteſtata cõditionaliter, vt in d.proceſſu B.fol.11.quod nihil eſt, ex quo conditio nihil ponit in eſſe, l.ſed & ſi ſub conditione, ff.ſi quis ommiſſa cauſa teſt.l.legata quæ ſub conditione, ff.de condit. & demonſtr. l. cedere diem, ff.de verb.ſignific.

Nec pariter obſtat, ꝙ interueniſſe dicatur concluſio in cauſa, quia cum fuerit facta per perſonas mandato carentes per prædicta, nihil valet, ex quo nihil & nullum parificantur, per ſupra allegata, fol.9. in verbo nullus, ſub verſic. nec obſtat &c.

Nullus eſt etiam prædictus proceſſus ratione nullitatis libelli, de quo ſupra, fol. 3. in verbo prima enim &c. quale enim eſt legis principium, tale debet intelligi medium, & finis, Fulg. in conſi.74.colum.penult.& in terminis occaſione ineptitudinis libelli, tenet Curtius Iunior in conſ.163.nu.4. Barthol.Socinus in conſi.99.col.10.verſ.ex quibus concludo, & Ioa. de Annania in conſi.9.col.2. Irritus eſt etiam proceſſus occaſione illegitimarum perſonarum ad latè allegata ſupra, quæ breuitatis gratia non repeto fol.8. in verbo libellus &c.

Nullitatem quoq; præſefert ſententia ad fauorem præfati Mag.D.Grottæ contra Excell. Dom. Malanotum interuenientem abſq; tamen mandato, pro Excell. Domino Matheola, quia lata fuit ſuper inepto libello, quo caſu eſt nulla ipſo iure, vt in terminis dicit Curtius Iunior in d. conſi.163.num.6. Romanus in d.conſi.69.colum.2.num.10. Calchaneus in d.conſi.28.col. prima, Claudius Seyſellus in l.ſi titius, num.4.ff.de verb.oblig.Iacob.de Nigris in rep. l.omne officium, num.11.18.ff.de officio aſſeſſor.Ripa in rubr.ff.ſol.matr.num.48.49. Barbat.in conſi.44.num.10.volum.1.& in conſi.3.col.7.verſic.præterea ſi pur. vol.4. Io. de Annania in conſi.9.colum.2. Caſſaneus in conſi.52.num.1.& in conſi.18.num.15.& Decius in cõſi. 83.num.2. in fine vol.1. Michael Graſſus in ſuis communibus, in libro 2.cap.23. de ſententia in quæſt.22.& Craueta in d.conſi.671.nu.2.volum.4. & quia de ineptitudine libelli fuit ſupra in principio oſtenſum fol.3.in verbo prima &c. cum ſequen. & fol.7.in verbo quod vero &c. Ideo non repeto.

Item eſt nulla prædicta ſententia, quia lata fuit pro, & contra perſonas illegitimas, nam cum Excell.D.Albertus non habet mandatum, debebat abſolui interueniens pro Excell. Domino Matheola, ita Signorolus de Homodeis in conſi.108.colum.prima, quod cum factũ non ſit eſt iniqua, cùm ſit contra ius facta, & per conſequens nulla, vt infra latius oſtendã fol.12. in verbo item quia &c. & ꝙ ſententia ſit nulla ex illegitimatione perſonarum, tenet Papienſis in forma ſententiæ diffinitiuæ in gloſa prima, ſub num.7. & Chaſſeneus in conſuetudines Ducatus Burgundie, in rubr.4.§.5.in gloſ.num.5.6.& Crauetta in conſi.266. col.fi.

Item eſt nulla prædicta ſententia, quia fuit lata non facta litis conteſtatione, nec iurato de calumnia, per d.l. prolatam, & talis ſententia non poteſt reformari, vt inquit Decius conſi. 483.num.8.volum.3.

Item eſt nulla prædicta ſententia nullo exiſtente proceſſu, vt ſupra fol.9. in verbo nullus &c.

Crauetta

Cranetta in conſi.607.num.8.volum.4. nam acta dicuntur vehiculum ad ſentētiam, Socinus Iunior in conſi.181.num.75.volum.2.& ſententia habet relationem ad proceſſum, Signorolus de Homodeis in conſi.205.& exiſtente proceſſu nullo ergo & ſententia, nam ſententia
1. eſt nulla, quia omnia acta ſunt nulla, nam appellatione actorū ſententia continetur, Calca. in conſi.15.colum.5.circa medium, Bald.in conſi.335.incipiente ad officium &c. vol.primo, Berous in conſi.9.num.10.volum.3.Guido papa in ſingulari 386.§. appellatione, Alex. in l.actorum,nu.5.ff.de re iud. Boerius in deciſione 258.ſub num.8. Aſinius in ſua praxi iudiciorum.§.14.cap.4.nu.1. & eſt magis communis opinio, de qua atteſtatur Simon de Pretis in conſi.121.num.5.6.volum.1.

Item eſt nulla prædicta ſententia, quia apparet lata ſine probationibus, ꝙ patet primo, quia inſtrumentum conſtitutionis Afflictus, ſtante d.apoſtilla non probat, vt per allegata ſupra ſatis oſtenſum eſt fol.4. in verbo Et primo &c. ꝙ aliter breuitatis gratia non repeto, minusq; confeſſiones factæ per Excellentem Dominum Malanotum, interuenientem nomine Excell. D. Matheoli, ad poſitiones Excell.D.Alberti, de quibus in proceßu B.fol.14.26.27.29. quia ſunt factæ d. confeſſiones a perſona non habente mandatum per prædicta ſupra fol.8. in verbo libellus &c. quo caſu non nocent, Oſaſcus in deciſio.pedemontana 39.nu.35.
2 minusq; ſpeciale: nam vbi non datur ſubiectum, non datur qualitas, attento ꝙ qualitas ſine ſubiecto eße non poteſt.l.eius.ff.ſi cert.pet.l.2.ff.de vſufructu,& l.adeo.§.ꝙ ſi toto.ff.de acqu.
3. rer. dominio,& ꝙ mandatum ſpeciale requirebatur ad iurandum, & reſpondendum poſitionibus, alias non nocet reſponſio, tenet Soci. Senior in conſi.55.col.pen.verſ.primo licet,vol. primo,& Barba.in conſi.18.col.3.vol.3.Crau.in conſi.967.nu.21.22.volum.5.Hieronym. Magonius in deciſione Lucenſi 13.num.24.34.& ſeq. Ioſeph Ludouicus in deciſione Lucenſi 34.num.36.Neuizan.in conſi.7.num.12.& ſeq. vbi debet eſſe mandatum ſpeciale ad reſpondendum ſic & ſic, Papienſis in ſua practica in forma poſitionum actoris,in glo.incip. Simonis ſpelta &c. Card.Pariſ. conſi.115.num.18.volum.1.Oſaſcus in deciſione Pedemontana 113.num.1.& Ant.Cioſius in conſi.99.num.7.volum.1. nam procurator generalis licet ſit cum libera non poteſt confiteri in præiudicium Domini, Cuman.in conſi.148.& etiā facit, quia procurator generalis non poteſt prorogare tempus appellationis ſi non habet ſpeciale mandatum, vt dicit Ioa.Calderinus in titulo de procurator.in conſi.3.& Fely.in c.ex ratione,num.4.de appella. minusq; reſpondere poterit poſitionibus, quia eſt magis præiudicialis actus, vt ex ſe patet, ergo nulle ſunt d.confeſſiones, & eo magis, quia fundantur ſu-
4. per libello inepto, quo caſu non valent, Bertrand.in conſi.243.num.9.10.volum.2.& ex alio etiam non præiudicant d.confeſſiones, quia ſunt voluntarie, ex quo ſe obtulit d. Excell. D.Malanotus reſpondere, vt in d.proceßu B.fol.27.29. quo caſu,quando fuiſſet etiam procurator, Domino non noceret, Barto.& Caſtr.in l.certum.§.ſed an ipſos, de confeß. Fely. in c.cum olim, num.3.de officio deleg.Doct.in c.primo, vt lite non conteſt. Crauetta in conſil. 515.nu.6.vol.3.& Raphael Cum.in d.conſi.148.col.2.circa medium. Cum ergo d.ſententia lata reperiatur ſine probationibus, per prædicta, quia nihil & nullum parificantur vt ſupra oſtendidi fol.9. Ergo eſt nulla ipſo iure, Barbatia in rep.rubr. de fide inſtrumentor.colum.15. Chalcaneus in conſi.35.colum.penul. Marius Anguiſſola in conſi.92.num.8.& 25.vol.1. Crauetta in d.conſi. 266. col.fi. & eſt magis communis opinio de qua atteſtatur Gabriel in titulo de ſententijs in concluſione 9.num.5. libro 2. quæ nullitas maximè procedit in caſu iſto, quia pluries D.Malanotus recuſauit reſpondere poſitionibus,& interuenire, vt in d.
5 proceſſu B.fol.16.17.18.& 19. dicens non eſſe procuratorem, fol. 20.26. quia contra indeffenſum lata reperitur, & ſic eſt nulla, Anchar.in conſi.259.in principio. Nec repugnat ſi diceretur, ꝙ parte etiam d.Excell.D.Malanoti, nil fuit probatum, parte Excell. D.Matheoli, etenim hoc nil refert cū actore non probante, reus, debet abſolui,l.qui accuſare. C.de edendo, præterea, quia actor non metitur ius ex perſona rei, ſed ex ſuo iure, l. 1. poſt princip.ff.ſi pars hæred. petatur, Simon de Pretis conſi.8.nu.1. & conſi. 204.num. 6. volum.1.

Item quia in meritis continet dicta ſententia iniuſtitiam, cum nullam hyppothecam habuit,aut habet ſuper dicta domo, Magnificus D.Grotta, ex prædictis ſupra patet, & non probauit probanda in ea, fol.3. in verbo quæ ineptitudo &c. quæ iniuſtitia euidens,& notoria eſt,

6. quia acta faciunt notorium, Inno.in c.ex inſinuationis, extra de appell. Abb in c.ſi.ad ſi.de tempo. ordina. & in conſi.12.col.2. Ceſar Contardus in rep.l.vnicæ,in limitatione 9.nu.19. cum ſeq. C.ſi de moment. poßeß. fuerit appellatum, Pariſius in conſi.53.num.106.volu.3. & Jo. de Neuizano in conſi.27.num.22.& conſi.81.nu.31. Grammaticus in deciſ.36.nu.
7. 36.37. Gratus in reſponſo 72.& reſponſo 80.nu.8.& ſeq.vol.2.quo caſu dicitur nulla item quia contra ius eſt lata, Cagnolus in rep.l.2.ſub nu.279.verſ. quando vero nullitas. C. de pact.inter empt.& vend. Natta in conſil.217.num.3.vol.1. Cephal.in conſi.535.num.36. & in conſil.610.num.10.volum.4. Borgninus Caualcan.in reper.ad ſuas deciſiones,in verbo ſententia fol.1182.col.prima,verſic.3.& fol.1179.colum.2.verſic.ſi. Caſtr.in l.præſes prouinciæ,nu.3.C.de ſent.interloc.omn.iud. Burſ.in d.conſi.220.num.10.vol.2. Alciat.in conſ. 43.num.6.libro 6. Andreas Barbatia in conſi.38.colum.6.& ſeq.num.35.36.& ſequen. vbi reſpondet contrarijs, vol.2.Decius in conſi.8.num.5.volum.primo, Gozad.in conſi.2. num.24. Socinus Junior in conſi.38.num.26.conſi.40.num.11.volum.2.vbi etiam non requiritur appellatio, Ceſar de Vrſilijs ad afflictum in deciſio.28.Frãciſcus Turzanus in ſuis communibus, in opinione 86.& 156.num.1.Vantius in ſuo tractatu de nullitate in tit. de nullitate ex deffectu proceſſus &c. num.131. Vberrimus iuris fons D.Iacobus Menochius in conſi.212.num.82.& ſeq.volum.3.Gabriel in ſuis communibus, in libro 2.concluſio 10. num.12. & eſt magis communis opinio de qua atteſtatur Ceſar Contardus in rep.l.vnice, in limitatione 9.num.46.C.ſi de momenta.poßeß.fuer.& idem tenet Cephal.in conſi.340.nu. 20.etiam ꝙ in ſententia non exprimatur iniuſtitia, & in conſilio 442.num.45.& ſequen. volum.3.Crauetta in conſi.622.num.6.volum.4.& idem tenet Barto.in l.vnica, num.2.3.
8. C.de errore calculi vbi diſtinguit, nam Doctori diſtinguenti inhærendũ eſt in iudicando: Marius Anguiſſ.in conſi.76.num.41.& in conſi.282.num.13.Cephal.in conſi.208.n.2.vol. 2. Card.Pariſ.in conſi.20.num.22.vol.primo. Borgninus Caualcaneus de vſufructu, nu.2. & Lancillotus Conradus in ſuo curiali Breuiario,in tit.de allegationibus,& motiuis,in fi.& in titulo de ſentent.nu.31.quam opinionem Bart.in d.l.vnica magis communem, dicit Joan. Maria Riminal.in d.l.vnica,colum.fi.& idem Decius tenet, ꝙ ſententia iniqua ſit nulla, & Iacobinus de Sancto Georgio in d.l.vnica, vbi hanc communem dicunt,etiam ꝙ ſententia expreßè non ſe referat ad acta,quæ iuris præſumptione adiuuatur,quia cum non appa ret rationẽ in ſententia aliquam fuiße expreſſam, prout requiritur, quando ius dicens mouetur ad indicandum extra acta, præſumitur ex actis iudicaſſe, ita Crauetta in conſ.657.num.22.vol.4. nam cauſa eſt narranda, ſi extra acta iudicat Iudex, Crauetta in conſi.373.num.41.42.
9. volum.3. quæ opinio Bart.maximè procedit in caſu noſtro ſtante ꝙ ſententia ipſa habet neceſſariam tacitè relationem ad libellum, Signorol.de Homodeis in conſi.143.col.2. Barbat. in conſi.8.col.2.num.20.volum.2.Vantius,& alij de quibus ſupra ſtante, ꝙ notorie conſtat ex actis, de non iure ipſius Mag.D.Grottæ,vt eſt videre ex libello, & inſtrumento conſtitutionis affictus, iuncto inſtrumento emptionis domus de qua contenditur per allegata ſupra fol.3.4.5.6.& 7.nam tunc ſententia continet expreſſum iuris errorem, ꝙ expreſſus eſt in libello & actis, & per conſequens nullitatẽ Crauetta in conſi.680.ſub n.26. in verſic.tertio
10. reſpondetur, & nu.27.vol.4.nam ſententia etiam lata contra regulam iuris dicitur lata contra expreßum iuris errorem, Deci.conſi.8.nu.1.vol.primo. idem ſi lata ſit ſententia contra
11. communem opinionem, Hieronymus Magonius in deciſione Lucenſi 62.num.16.18.quia
12. communis opinio facit ius Raphael Cuma.in conſi.62.nam ſententia nulla eſt iniqua, quia ꝙ iniquum eſt, nullum eſt, Innocent.in c.cum contingat, de officio delegati, & Antonius de Butr. in c.cum dilecto,col.6.de exceptio.

13. Accedit etiam quia ſententia condemnatoria lata pro actore, qui nullam actionem habet vt ſupra demonſtratũ eſt fol.3 eſt nulla ipſo iure, vt in terminis tenet Gabriel in titulo de ſent. concluſione 8. vbi atteſtatur hanc eße communem opinionem quam etiam atteſtatur communem, Burſat.in d.conſi.220.num.15.volum.2.

Eſt etiam nulla dicta ſententia de qua in d.proceſſu B.fol.61. ad fauorem d. D. Grottæ lata, ex alio: quia cum in ea apparent condemnati interuenientes pro Excell.D.Matheola,& Nobili Domino Ferdinando Cleſio, ad ſortem, & affictus ex aduerſo petitos ſimul, ꝙ fieri ca-
14. nonicè minimè potuit, quia Affictalini non poſſunt aſtringi ad ſe affrancandum, vt in dictis

præ-

præcitatis conſtitutionibus Martini, & Calixti Papæ conſtat, de quibus in extrauaganti-bus patet, ſub titulo de emptio. & vendit. quia alioquin eſſet vſura, Berous in d. conſi. 207. num. 30. & ſeq. volum. 3. cum alijs ſupra allegatis, & ſic cum lata reperiatur d. ſententia contra dd. extrauagantes dicitur nulla, Horatius Mandoſius in additione ad Rom. in conſi. 260. ſub litera D. Oſaſcus in deciſione pedemontana 142. num. 30. & Antonius de Padilla in l. conſtitutiones, num. 12. C. de iuris & facti ignor. & Natta in conſi. 498. num. 19. volum. 3. quod maximè procedit, quia dictæ extrauagantes ſunt notoriæ, & in vſu Tridenti, quia etiam Illuſtriß. & Reuerendiß. D. Cardinalis Tridenti ſuas edidit conſtitutiones circa affictus facendos habito reſpectu ad dictas extrauagantes quarum meminit Natta in conſi. 498. num. 18. volum. 3. Couaruuias in d. cap. 7. variarum reſolutionum, & nouiſſimè Burſat. in conſil. 214. volum. 2.

QVæ nullitates omnes, & ſingule, occaſione ineptitudinis libelli, proceſſus, & ſententiæ, de quibus ſupra fol. 3. 9. & 10. in verbo nullitatem &c. militant etiam ad fauorem Nobilis D. Ferdinandi Cleſij, qui in dicta inſtantia prouocatus interuenit, vt in d. proceſſu B. fol. 10. & ſeq. & eo magis quia vere non eſt auctor d. Excell. D. Matheoli: ſed Nobiles Domine eius Neptes, filie ex q. Nob. D. Baldeßare eius fratre, & ex q. Nob. D. Ludouica coniugalibus, ſuſceptæ: quia fuit d. Nob. D. Ludouica mater, relicta vidua, quæ emerat Domum nunc contentioſam, ab Egregio D. Gerardo Mirana prænominato, vt inſtrumentum d. emptionis demonſtrat, de quo in d. proceſſu B. fol. 44. & confirmat ex poſt inſtrumentum ſolutionis factæ per d. Nobilem D. Ferdinandum, adminiſtratorio nomine dd. Nobilium DD. eius Neptum, poſt mortem d. Nob. D. earũ matris, vt in d. proceßu C. fol. 25. vnde ſi proprio nomine comparuit per Excell. D. Gentilotum procuratorem eius conſtitutum, de quo in d. proceſſu B. fol. 57. nulliter actum fuit, quia nullum ius competit contra ſuam Dominationem ipſi Excell. D. Matheolo, per prædicta, quia nemo ſine actione experitur. l. ſi pupilli. §. videamus. ff. de neg. geſt. Crauetta conſ. 810. num. 1. volum. 5. vnde orta apparet euidens ineptitudo, & per conſequens nullitas ipſo iure ad allegata ſupra fol. 3. in verbo prima enim &c. ſi nomine Nob. DD. eius Neptum actum ſit: & quia adhuc minores ſunt 25. annorum, vt etiam apparet ex d. proceſſu B. fol. 203. & fol. 106. vnde ſi nunc ſunt minores, tanto magis retro fuerunt minores, Bertrand. conſi. 103. num. 3. volum. 3. quia ex d. ſolutionis inſtrumento, & proceſſu apparet quod d. Nob. D. Ferdinandus, acta geſſit adminiſtratorio nomine, vt in d. proceſſu C. fol. 24. 25. cum non fuerit, aut adhuc non ſit conſtitutus tutor, aut curator, iudicium eſt nullum, Decius in conſi. 549. vol. 3. Præſtantiſſimus D. Gail in obſeruatione 107. n. 2. li. 2. Burſ. in conſ. 133. n. 13. & ſeq. vol. 2. Maranta in ſua iudiciorũ praxi in 4. parte diſtinct. 16. num. 24. Antonius Cioſius in conſi. 137. vol. 1. Borgninus Caual. de tutore, nu. 23. 25. & alij quos ſupra citaui fol. 8. in verbo libellus &c. & ita de nullitate fuit ex hac cauſa etiam proteſtatum per Excell. D. Antonium Iob interuenientem pro d. Nob. D. Ferdinando, vt in d. proceßu B. fol. 106. & quando etiam appareret de tutella, & cura, & de confectione inuentarij non potuiſſet ante litem conteſtatam per procuratorem comparere ſed per actorem, Fulgoſius in conſi. 150. colum. 2. in fi. Antonius Cioſius in conſi. 134. n. 8. 9. 10. vol. primo, Papienſis in forma libelli, quo agitur ad reddendum rationem tutellæ, in gloſa, & curatores numero 5. Vnde nulliter actum eſt, & actiuè, & paſſiue per prædicta.

ET capiendo ſecundam inſtantiam, proceſſus iudicij, in prima tamen appellatione intentati, per DD. Interuenientes, pro d. Excell. D. Matheola, & Nob. Domino Ferdinando Cleſio, contra præfatum Excell. D. Albertum, interuenientẽ vt ſupra, pro Mag. Domino Grotta, de qua in dicto proceßu ſignato litera B, fol. 69. quia cauſa appellationis dicitur ſecunda, Robertus Lancilotus in ſuo tractatu de attentatis in ſecunda parte, in cap. 16. num. 23.

Nullitas enim præſentis ſecundi proceßus imprimis reſultat ex proceſſu primo, vbi nullus eſt libellus, nullus proceſſus, & nulla ſententia, ex allegatis ſupra fol. 3. 9. & 10. quæ breuitatis gratia non repeto, ne in me quoq; regeratur illud Poetæ, ridetur, corda qui ſemper oberrat eadem, ſecundum Mantuam in conſi. 82. num. 38. & in conſi. 100. num. 9. ex quo ab eo pendet, & iſta ſecunda inſtantia: nam ſublato fundamento, cætera corruunt c. cum Paulus prima, quæſtio prima, Crauetta in conſi. 817. nu. 3. & conſi. 861. ſub n. 13. vol. 5.

Nullitas

Nullitas eiuſdem etiam ſecundæ Appellationis cauſæ colligitur, ob illegitimationem perſonarũ, per allegata ſupra fol.8.in verbo libellus &c. & præcipuè quia cõſtare debuiſſet ꝙ Excelleñs D.Malanotus authoritatem habuiſſet appellandi, nam mandatum ſi ꝙ habuiſſent hincinde interuenientes, pro eorum DD principalibus eſſet finitum, per ſententiam latam, Roland. Rodulph.in ſumma artis notariæ,in parte 3.cap. 9. de iudicijs in rubr. qui poſſunt vel non poſſunt &c. verſ item procurator &c. vbi Additio in col.25.poſt medium, & Mantua in l.inuitus.C.de procurator. quod autem prædictus Excell.Dominus Malanotus non fuerit, minusq; ſit, procurator præfati Excell. Domini Matheoli, colligitur ex alio etiam, dum apparet ex d.proceſſu B.fol.69.82.83.93.100.103.& 105. ꝙ pro d.Domino Matheola, comparuit etiam Excell.D.Odoricus Coſteda,& ſic modo ipſe, modo Excell. D.Malanotus, diuerſis tamen vicibus alternatim comparuerunt aſſerti procuratores, ꝙ fieri minimè poterat reluctante maximè parte aduerſa, Petrus Benintendus in deciſione Bononienſi 80. nam quando fuiſſent veri procuratores, ex quo iudicium non fuit per alterum eorum tranſubſtantialiter in ſe aſſumptum, vt debebat iuxta practicam quam tradunt Afflictus in deciſ. 372. num.4.& in deciſione 262.nu.8.Ange.in rubr.de hys per quos agere poſſ.ſub num.5.Bertr. in conſi.171.num.5.volum.1. Decius in conſi.549.num.4.vol.3.Aſinius in ſua iudiciorum praxi,in §.2.cap.13.num.30.& ſeq.& Nouiſſimè, Burſat.in conſi.133.num.71. volum.2. ergo fuit nulliter geſtum, etiam ex hoc capite, interuentu enim nouæ perſonæ, innouatur iu-
5 *dicium, Antonius Cioſius conſi.101.num.9.volum.primo, nam iudicium idem non dicitur, vbi perſonæ iudicium mutatæ ſunt, Antonius Cioſius in conſi.138.num.7.vol.1.& ſimiliter ſi perſonæ litigantium mutentur, Bertrand.in conſi.121.num.4.vol.3. adeò ꝙ hoc etiam caſu manifeſta nullitas colligitur, maximè quia nullibi conſtat de eorum procura, & quãdo aliqua extitiſſet, eſſet finita per mortem Excell.D.Matheoli,vt in d.additio.ad Rodulphum de artis ſumma notariæ in colum.23.& d.col.25. & maximè procedit, quia in hac præſenti inſtantia deceſſit Excell. D. Matheola, & fuit datus vti dicitur tutor eius filijs, & hæredibus qui comparuit, & petijt reſtitutionem in integrum, vt in proceſſu B.fol.108.109. 111. quo reſpectu propter iſtam mutationem debuiſſet abſolutoria oriri, ita Bal.in conſi.11. incipiente fundamento iudicij vol.4.*

Præterea nulla etiam redditur ſententia ſuper deſertione lata,de qua in d.proceſſu B.fol.112.ex pluribus,& primo ob hincinde perſonarum illegitimationem, vt ſupra oſtenſum eſt.

Item quia verum non eſt, quòd appellatio eſſet deſerta, cum in d. inſtantia multi fuerunt excuſſi articuli incidentes, tam reſpectu apoſtillæ,& exhibitionis protocolli, & comparationis cum d.inſtrumento, & apoſtilla faciendæ,& prorogationis, quàm examinationis teſtiũ, & interlocutoriarum latarum, vt in d.proceſſu B.fol.86.& ſeq. conſtat:quo caſu,cum DD. interuenientes pro D.Matheola, & Nobili D. Cleſio fuerunt victores, non cucurrit ſibi tempus dictæ inſtantiæ, Joannes de Amicis in conſi.139.num. 1. 3. Natta in conſi. 172. num.16.17.vol.primo, Aſinius in ſua praxi iudiciorum.§.2. cap.11.& Robertus Lancellottus in ſuo tractatu de attentatis in ſecunda parte cap.12. in ampliatione 19.nu.2. & ſeq. fol.232.ꝙ procedit ẽt ꝙ non eſſet proteſtatum,& eſt cõis opinio de qua atteſtatur Baptiſta à Villalobos in ſuis communibus in litera P. num.364.365.& ibidem Additio, imò eſt magis communis, de qua atteſtatur Soci.Iunior.in conſi.104.ſub nu.26.vol.3. & Crauetta in conſi.401.num.8.vol.3.confirmatur ex alio ꝙ non fuerit deſerta, quia ſequens ſententia in tertia inſtantia illam non confirmauit, ſed verſata eſt ſuper meritis, vt in d. proceſſu B.fol.
6 *210. vltra ꝙ in dubio ſemper eſt pronuntiandum appellationem non deſertam, Paulus de Caſtro in l.prima, & ibi Alex.& Iaſ.ff.ſi quis cautionibus, Decius in l.quoties nihil.ff.de reg.iur.& in conſi.356.col.prima,vol.1.& in conſi.445.num.45.volum.3.& in conſi 677. nu.1.volum.4.& Io.de Neuizano in conſi.41.num.35.Pariſ.in conſi.115.nu.1.& in conſ. 124 num.12.volum.1. cum dubium ex articulis emergentibus ſupra ortum erat, & ſuſpenſionibus aduerſus ſtatuti fatalia habitis, & quando fuiſſet deſerta, ꝙ non conceditur eam deſertam pronunciare minimè debuiſſet,ſtante ꝙ petita erat reſtitutio in integrum, pro parte hæredum filiorum q.Excell.D.Matheoli minorum, vt in proceſſu B.fol.111. ꝙ propter conflictum exceptionum, & productorum occaſione d. apoſtillæ vt ſupra merebantur reſtitui, Bertrandus in conſi.196.num.12.13.14 vol.1.iuncta l.nam,& poſtea.§.ſi minor. ff.de in-*

reiur.

reiur.& ibi Bart.& cæteri,ſtante maximè leſione notoria ex proceſſu reſultante cauſa, & occaſione deſſicientis actionis pro parte Mag.D.Grottæ appellati vt ſupra viſum fuit fol. 3. & ſeq. quia nemo ſine actione experitur l.ſi pupil.§.videamus.ff.de nego geſt. Ant.Cioſius in conſi.44.num.8.& in conſi.31.num.1.volum.2. quo caſu eſt nulla, quia fuit, ac eſt contra ius lata, vt ex prædictis apparet per allegata ſupra fol. 11. in verbo Item quia &c. & fol.12.in verbo eſt ēt &c. Unde ſtante dicta nullitate, prout ſtat alia ſubſequitur euidenter, & notoria iniquitas prædictæ ſententiæ, & per conſequens nullitas alia ex prædictis, quia quando fuiſſet deſerta appellatio, ea ommiſſa,debuiſſet ſuper nullitate pronuntiare, quia deſerta appellatione non eſt deſerta nullitas, Ioannes de Amicis in conſi.147.num.12.Socin. in conſi.10.num.12.volum.4. Crauetta in conſi.657.num.54.volum.4. Filippus Francus in c.dilecto,num.170.cum ſequen. extra de appell. Iaſ.in l.titiæ textores.§.nihil differt, n.4. ff.de leg.1. Natta in conſi.217.num.4.volum.1.Io.de Neuizano in conſi.41. num.38. & ſeq.volu.1.Ruin.conſi.34.ſub num.10.& conſi.37.num.16.volum.5.Crauetta in conſ.266. ſub num.7.verſ.ſecundus caſus,& n.8. Cæſar Contardus in rep.l.vnicè in limitatione 7.n.8. C.ſi de momen.poſſ.fuer. Lanfr. in rep.c.quoniā contra,col.10.verſic.vnū reſtat,de probatio. Clariſſ. D.Gail in obſeruatione 135.num.6.& ſequ. in libro primo practicarum obſeruationum, Card.Zabarella in conſi.71.num.5.Cagnolus in l.2.ſub nu.279.in verſic. quando vero nullitas.C.de pactis inter emptorem, & vend. vbi atteſtatur de communi opinione,Michael Graſſus in ſuis communibus in libro 2. c.24. de appell. quæſt.18.vbi hanc communem vocat Didacus Couaruuias in tomo ſecundo practicarum quæſtionum in c.24 ſub num.8. verſi. verum vbi &c. vbi hanc communem eſſe opinionem, & frequentiori interpretum ſuffragio probatam atteſtatur,& ob id eam tutiorem, & ſeruandam fore cenſet, imò ꝙ magis communis opinio ſit iſta, atteſtatur Afflictus ſuper conſtitutionibus regni,in rubr.45.de appellationibus,nu.37.libro 2. quod maximè procedit in caſu noſtro, quia ſtatutum Tridentinū de inſtantia appellationis cap.54.in pag.2.reſeruat d.nullitatem in deſertione appellationis.

PRogredior modo geſta in tertia inſtantia: appellationis tamen ſecundæ: in dicto proceſſu B. obſeruata, fol. 117. in qua quàmplurimas video pullulare Nullitates.

Nullitas enim prima pullulat in præſenti inſtantia ex nullitatibus ſupra euulſis in primo, & ſecundo proceſſu ex cauſis, & allegationibus de quibus ſupra fol. 3. & 12. cum ſeq. quas ſingulatim non repeto, cauſa euitādæ prolixitatis, ab initio enim tituli, poſterior formatur euentus, Mantua in conſi.3.num.49.conſi.22.nu.59.

Item nulla etiam redditur præſens inſtantia, occaſione illegitimarum perſonarum, ex rationibus, & allegationibus de quibus remiſſiuè videri poteſt ſupra d.fol.8.in d.verbo libellus &c. & fol.14. in verbo nullitas eiuſdem &c.

Cui in contrarium reffragari minimè video quoddam ſcartafacium cuiuſdam aſſerte procuræ, vti dicitur factæ per præfatum Excell.D.Matheolam,in perſonam Excell.D.Bernardini Malanoti, præſentatum in proceſſu, in hac ſolum præſenti tertia, ſecundæ tamen appellationis, inſtantia:de commiſſione Illuſtriū DD.Locumtenentium Tridenti, prout de his conſtat in d.proceſſu B.fol.141.151. quia cum in ſua prima figura,aliud non præſeferat, quàm ſimplicē rubricam, & teſtes quod ſonat in hæc formalia verba: hæc eſt procura Excell.D.Matheoli, in perſonam Excell.D.Malanoti, præſentibus teſtibus nominatis in eo, ſi rectè recolo, & nil aliud, clarum eſt non probat, nec merebatur præſentari.

Et minimè d.ſcartafacio opitulatur extenſio, vt dicitur facta, de commiſſione vt ſupra, quæ extenſio videtur facta vt dicitur, ſecundum tenorem aliorum mandatorum rogatorum per eumdemmet Egregium D.Notarium,quia cum cæteratum non reperiatur, non de aliqua agendū erat extenſione: cum extenſio procedat in verbis cæteratis tantum, vt per Doctores in l. Gallus.§.idem credendum.ff.de liberis,& poſtumis, Crauetta in conſi.612.nu.10. vol.4.& in conſi.850.num.5.vol.5. ſtante maximè,quia tunc temporis non erat in rerum natura præfatus Egregius D.Notarius nec fuit incontinenti facta, ad latè tradita per Socinum Seniorē in conſi.94.col.3.verſ.præterea, vol.1.& per Anchar.in ſuis quæſtionibus, in quæſtione 8. lib.3.& Nattam in conſi.329.num.2.vol.2. & in terminis ꝙ prædicta extenſio fieri de iure

non

non potuerit, quia nihil ſcriptum reperitur in textu aſſertæ procuræ, de qua in prædicto ſcartafacio, tenet Andreas Barbatia in conſi.73.col.pen.volum.3.& in conſilio 9. colum. pen. & conſi.52.colum.9.volum.4. Curtius Senior in conſi.55.& Curtius Iunior in conſi. 162. quia non adeſt in eo imbreuiatura aliqua, & nouiſſimè Grauetta in conſi.947.num. 35.36. 37.volum.5. vbi extenſio non fit, ſi nil conſtat, imò ꝙ talis extenſio fieri non potuerit de iure, quia agitur de ſubſtantia rei, tradit idem Barba.in rep. rubricæ extra de fide inſtrumentorum, colum.43.verſ. vidi dubitari &c. Laur. Calca.in conſi.69.col.3. quinimò d. extenſio non valet, quia non fuit ad hoc citata pars quando de iure fieri potuiſſet, ꝙ negatur, nec authoritas Iudicis ſufficit in hoc caſu, vt dicit Ludouicus Bologninus in conſi.25.in 6.quæſtione principali, ſubdens ꝙ poteſt opponi, & ſemper audiri, & pars contra eam, quia extenſio intelligitur facta, ſaluo iure ſuo, & poteſt dicere, ꝙ d. Notarius non poteſt eo modo extendere quo extendidit, nam extenſiones debent fieri de verbo ad verbum nullo addito, nec diminuto, & aliter faciens non nocet parti, vt ibi per eum in col. fi. & proteſtatur ibidem de pæna non loqui extenſionis, licet poſtea pænam falſi aſſignet in conſi.30. ꝙ eo magis procedit in caſu noſtro cum plura ſunt genera mandatorum, vt dicit Papienſis in ſua praxi in forma ſententiæ diffinitiuæ, in gloſa prima, ſub num.9.verſ.& eſt notandum, & aliqua fiunt ex hic generalia, quæ non procederent in caſu iſto propter iuramentum præſtandum, & reſpondendum poſitionibus, quo caſu ſpeciale requiritur mandatum, vt per allegata ſupra fol. 11. ſub verſic. primo, Aliqua etiam fiunt contra particularem perſonam, quæ ad alias non porriguntur, nam mandatum diligenter eſt obſeruandum, Decius in conſi.76.num.1.vol.primo. Item quia mandata reorum debent etiam continere releuationem conſtituentis à ſatiſdatione præſtanda per conſtitutum de iudicatum ſoluendo, alias nemo eſt idoneus defenſor litis alienæ ſine ſatiſdatione, Gaſpar Cabalinus in ſuo tractatu de indiuiduis, in ſecunda parte, num.476.& ſeq.fol.251. Alex.in l.ſciendum.§.1.num.3.ff.qui ſatiſd. cog. Excell. D. Gail in obſeruatione 46.num.4.lib.1. Antonius Cioſius in conſi.114.num.8.volum.1. Barto.in l. vnica, nu.18.C.de ſatiſdando, & latè Roland. Rodulphus in ſua ſumma artis notarie in 3. parte, cap.9.in rubr.de ſatiſdatio.quæ in iudicijs &c. verſic. ſed procurator rei &c. in addit. quæ clauſula multum operatur ſi Dominus eſt ſoluendo alias ſecus Michael Graſſus in ſuis communibus, in lib.2.cap.11.quæſt.8.& de d.clauſula habetur per Specul.in tit.de procuratore.§.4.num.3.4.& procurator qui non vult ſatiſdare eſt remouendus ab officio, Roma. in l.de pupillo.§.qui procuratorio, nu.4.ff.de oper. noui nuncia.& ex dicto manco aſſerti protocolo mandati, de quo in proceſſu B. fol. 151. etiam non poteſt videri, ſi fuerit procurator conſtitutus ad appellandum, quia mandatum ad primam cauſam non porrigitur ad appellationem, (quamuis appellare teneatur) non tamen proſequi. Mantua in l.inuitus. C.de proc. & Doctiſſimus D. Gail in obſeruatione 139.num.9.& ſeq.in libro 1. Vnde ſequitur ꝙ niſi hallucinando, iuxta D. conſtituentis intentionem non potuit de iure fieri prædicta extenſio aſſerti mandati de qua in d.proceſſu B.fol.162.in executione interlocutorie ſuper hoc latè, vt in d.proceſſu B.fol.161. vel ſaltem eo modo, cum nullibi conſtat de tali Excell. D. Conſtituentis mente.

Vlterius ꝙ d. extenſio de iure fieri minimè poſſit conſidero, quia alter teſtis examinatus vnum dixit in iudicio, & aliud extra, vt ex d.proceſſu B.apparet fol.157.158. Vltra ꝙ non expoſuit formam mandati, cum plura ſint genera, per ſupradicta.

Accedit etiam quia aſſertum Prothocolli procuratorium eſt nullum, quia non continet requiſita, videlicet locum, & publicationem, & ſubſcriptionem notarij, vt authenticum dicatur protocollum: Bertr.in conſi.2.num.1.37.38.39.volum.2. Barba.in d. rubrica de fide inſtr. col.28.vbi deſcribit neceſſaria, (quia tres ſunt perfectiones quæ requiruntur, vt ſcriptura notarij fidem faciat) Primo locum, & tempus, actus & teſtes: Secundò perfectionem, ſeu conſumationem actus: Tertiò, ſubſcriptionem, Bertr.in conſi.44.num.11.volum. 2.& in conſi.1.num.118.volum.primo, Decius in conſi.447. alioquin non ſtatur imbreuiaturæ notarij, ſi non eſt in publica forma, ita Bertr.in conſi.12.num.1.2.3.volum.1.ſed in d. ſcartafacio deſſiciunt ferè omnes prædictæ tres perfectiones, & maximè ſecunda, ꝙ multum intereſt, quia agitur de ſubſtantia rei, nam non valet, quia non exprimit conceptum, & intentionem conſtituentis, vt in terminis facit ꝙ ſcribit Calca.in conſi.48.il ſecundo, incipien.viſo

d.caſu

d.caſu, col.pen. & Bertr.in d.conſi.2.num.10.38. volum.2. Ergo prothocolum d. mandati, de quo in d.proceſſu B.d.fol.151. eſt nullum, qua nullitate ita ſtante quia non dicitur eſſe originale, Ideò de iure minimè poßet aſſumi in publicam formam d.procuratorium, Decia.in reſp.24.num.35.36.volum.primo, & Natta in conſi.329.in fi.volum.2.minusq; extenſio
1 fieri de iure poteſt cum ex nihilo, nihil fit, Ioa.de Amicis in conſi.45.num.11. & Bu ſat. in conſi.82. num.6. volum. primo, & in terminis extenſionis non faciendæ ſtante nullitate prædicta, tenet etiam Ludouicus Bologninus in conſi.30.dicens, quod aliter faciens incidit in pœnam falſi, & idem tenet Cephal.in conſi.520.num.24. volum.4. vbi deſcribit neceſſaria ad releuationem inſtrumenti notarij mortui quæ pro maiori parte hic deſunt in præſentibus proceſſibus, vt in eis eſt videre.

Urget ſummopere in hac tertia inſtantia appellationis, deffectus iuriſdictionis, quod ſic oſtenditur: omnes enim cauſæ in prima inſtantia, coram Domino Prætore Tridenti ſunt cognoſcendæ, tam vigore ſtatuti c.1 in ciuil. & alibi quàm iuris communis, & prout latius infra demonſtrabitur, & ſeruit Socinus Senior in conſi.96.colum.3. volum. 1. Demum in appellatione, & ſic in ſecunda inſtantia, deferuntur per viam appellationis, ad Reuerendiß. D.Epiſcopum Triden.vt in d.cap.54.in ſtatuto ciuili, qui per ſe poteſt prædictam cauſam cognoſcere, vel alicui eam committere, vigore d.ſtatuti, in d.cap.54. intelligendo tamen de vna commiſſione tantum, ſeu delegatione, cum quælibet diſpoſitio, intelligatur de vna vice, & ſic prima tantũ, ad notata in l.boues.§.hoc ſermone.ff.de verb.ſignifi.poſtea in 3.appellationis inſtantia, prout eſt iſta, de qua agitur, iuridicæ tamen loquendo, appellationes ipſæ perferri debent ad inuictiſſimum Cęſarem, ſiue ad Sereniſſimam Cameram Spiræ, quia eſt vnum, & idem tribunal, vt atteſtatur Aureus ille doctor, & immortalis D.Andreas Gail in obſeruatione 121. num.3. libro 1. ſiue igitur per ſe præfati Illuſt.D.Locumtenentes Illuſtriß. & Reuerendiß. D. Card. Tridenti &c. ſiue per alios, in prima appellationis inſtantia, mediãte commiſſione: cauſam ipſam determinauerint, quia delegati, & ordinarij, prout ipſi videntur hoc in caſu appellationum, idem eſt tribunal. Socinus Iunior in conſi.60. num. 1. volum. 1.
2 Guido papa in ſingulari 796. cum dellegatus vtatur Iuriſdictione iure alieno, & ordinarius iure proprio vt eſt tex.in l.1.§.qui mãdatam.ff.de officio eius &c. cauſa ipſa deuoluitur in 2. appellatione vt ſupra. Ad Sereniſſimum Imperatorem, vel excelſam Cameræ Spirenſæ Tribunal, per d.c.ſtatuti 54.in fine, nec in cameræ, & Imperatoris ſacratiſſimi præiudicium poteſt cauſa iterum delegari, proinde talis ſecunda delegatio, vt hic non procedit, vt per Socinum in d.conſi.96.col.3. Didacus Couaruuias practicarum quæſtionum in cap. 4. num. 8. Afflictus ſuper conſtitutionibus regni in præludijs in quæſt.9.num.9.10.Iaſ.in conſi.123. volum.primo, Moderni Pauiſienſes in materia feudali, in titulo 1.§.1.in glo.5.num.50. & ſeq. vbi latiſſimè, & ob id, Camera Imperialis admittit tertias, & quartas appellationes contra titulum.C.ſi tertio prouocare &c. quia ius ſuum ammittere non vult, vt per Excell. Gail in obſer.72.num.3.lib.1. igitur omnia acta ſubſecuta, in iſta tertia inſtantia ſunt nulla, ex deffectu iuriſdictionis, Barba.in conſi.44.num.1.2. & ſeq.volum.primo, Signorolus de Homodeis in conſi.132.colum.3.verſic.venio ad quintũ, Bertrandus in conſi.378.vol.1.n.1. cum ſeq.vbi nu.7.atteſtatur talem ſententiam fuiſſe ob id pronunciatam nullam, & Anch.
3 in conſi.259.Crauetta in conſi.801.num.2.volum.5. & talis nullitas à deffectu iuriſdictionis nunquam excluditur Crauetta in conſi.383.num.16.volum.3. quod procedit etiam quod per ſtatutum tollatur, ita Decius in conſi.38.num.7. & conſi.8.num.7.volu.primo, & in conſi. 520.num.12.volum.3.

Nec prorogata dici poteſt iuriſdictio per comparitionem aßertorum hincinde Dominorum procuratorum primo, quia non apparet de eorum mandatis, minusq; quod ad id ſpeciale habuerint mandatum, prout requiritur, ita Roma in conſi.48. nu.2. quia dici non poteſt prorogata iuriſdictio, quia non adeſt conſenſus expreſſus, prout requiritur alioquin non præſumitur, ſed ignorantia ſecundum communem opinionem, de qua atteſtatur Anchar.in quæſt.5.n.5. cum ſeq.lib.primo.

Præterea ſententia de qua in d.proceſſu B.fol.210. eſt nulla propter legitimationem non factã perſonarum, & deſſicientem actionem, vt ad deducta, & allegata ſupra remiſſiuè patet fol. 3. in verbo quæ ineptitudo &c. & fol. 13. in verbo nullitas &c. quibus addo nullitatem

prædictæ ſententiæ, ex deffectu iuriſdictionis per prædicta. Nam ſententia ab eo lata, qui iuriſdictionem non habet eſt nulla, etiam ſi ab eo confirmetur, qui iuriſdictioni præeſt, Io. Igneus in rep. authen. ex cauſa, num. 112. C. de liberis præteritis, Ioannes de Amicis in conſil. 67.

Item eſt nulla prædicta ſententia quatenus ſit confirmatoria primæ, de qua in proceſſu B. fol. 61. ex quo nulla eſt ſententia confirmata, vt ſupra conſtat fol. 10. in verbo nullitatem &c. ita Cranetta in conſi. 657. ſub num. 15. vol. 4. & in terminis, ſtante quod prima ſententia eſt nulla, quod etiam iſta ſit pariter nulla ipſo iure, licet ad eam expreſſè non ſe referat, ita tenet Bar. in d. l. vnica, nu. 2. 3. C. de errore calculi, quam opinionem magis communem dicit Ioa. Maria Riminaldus in d. l. vnica, colum. fi. imò quod nec Princeps poſſit eam confirmare, minusq; Iudex, dicit Caſſeneus in conſi. 52. num. 1. & in conſi. 18. num. 15. & maximè ſi prima laborat vitio ineptitudinis libelli, vt hic, vt dicit Clariſſimus D. Gail in obſeruatione 66. nu. 2. & in obſeruatione 127. ſub n. 3. lib. 1. nam ſententia Iudicis appellationis priorem vitioſam confirmans, ipſa quoq; vitio eodem laborat, Cranetta in conſi. 407. num. 13. volum. 3.

QVartam, & vltimam, tertie tamen appellationis inſtantiam, in ordine intuendo, de qua in d. proceſſu B. fol. 212. 220. 223. nullitates ex ea multas ſimiliter reſultare video, & in primis tàm occaſione nullitatum primi, quàm ſecundi, & tertij proceſſus, de quibus ſupra fol. 3. 13. & 15. ex cauſis, & allegationibus de quibus ſupra, quas breuitatis gratia ommitto. nam talia ſunt ſubiecta, qualia prædicata demonſtrant, Bald. in conſi. 198. incipiente reuerendæ &c. in principio, volumine primo, & Caſſeneus in conſilio 69. numero 23. quibus addo etiam nullitatem in hac ſimiliter præſenti quarta appellationis cauſa, ex deffectu iuriſdictionis, ex cauſis, & allegationibus, de quibus ſupra folio 17. in verbo Vrget ſummopere &c. & ex perſonarum illegitimatione, nec non præſentis ſententiæ. per prædicta etiam, & allegata ſupra remiſſiuè in proxima præcedenti Tertia inſtantia.

Præſens etiam Proceſſus aliã oſtendit euidentem, ac notoriam nullitatem, quia fuit oppoſita exceptio excuſſionis non factæ, vt in d. proceſſu B. fol. 38. parte præfati Nob. Domini Ferdinandi Cleſij, quæ excuſſio præcedere omnino debebat hyppothecariam actionem, contra tertium intentatam, & tamen non fuit ſuper ea auditus, Nec obſtat, quod ex aduerſo fuerit dictum ſentiens illam ad ſui præiudicium, valde vrgere, quòd amplius d. exceptio opponi nõ poterat, quia vti dilatoria non erat in principio oppoſita, & ſic in tempore, vt hæc pro parte Mag. Domini Grottæ replicata apparent in d. proceſſu B. fol. 238. quia reſpondeo in contrarium prædicta non reffragari quoniam iſta excuſſionis exceptio eſt annomala, quæ poteſt opponi quandocunque, etiam in executione, vt tradit elleganter Corn. in conſi. 85. in litera B. volum. 4. Calcan. in d. conſi. 28. incip. & prius per me dictis, colum. 7. Signor. de Homodeis in conſi. 57. col. 2. circa finem, volum. primo, Socinus in conſi. 24. colum. 7. verſicu. quarto videtur, vol. 1. & nouiſſimè Cranetta in conſi. 911. num. 4. & ſeq. volum. 5. vltra quod cum fuerit propoſita parte minorum de Matheolis, & petita reſtitutio in integrum, vt in d. proceſſu B. fol. 238. cum etiam per non habentem mandatum a q. Excell. D. Matheola eorum genitore, proceſſus fuerat inchoatus, debebant vti læſi eo magis ex ommiſſione ſola reſtitui, ſtante præcipuè quod per tutorem litigant, Corn. in l. ſi infanti, in not. 6. C. de iure deliber. Oſaſcus in deciſione Pedemontana 158. nu. 14. Afflictus ſuper conſtitutionibus regni, in titulo de reſtitut. in integr. mul. nu. 26. libro 2. Alex. conſi. 42. colum. 4. in fi. volum. 3. Raph. Fulg. in conſi. 150. col. 3. verſic. ad ſecundum, de quo quæritur &c. Hierony. Magonius in deciſione Lucenſi 68. num. 26. & ſeq. Ioannes de Amicis in conſi. 33. num. 23. Ioannes Mauritius in ſuo tractatu de reſtitutione in integrum, in cap. 49. 50. & in terminis ommiſſæ exceptionis ante litem conteſtatam, tenet Aſinius in ſua ciuili praxi, in §. 13. cap. 2. in limitatione 7. num. 1.

ET capiendo executionem dd ſententiarum parte D. Grottæ petitam, de qua in dicto proceſſu B. fol. 253. & contra tutorem filiorum Excell. D. Matheoli fol. 255. conceſſam, eam ſuppoſitam video multis nullitatibus, & imprimis ſtantibus nullitatibus euulſis in prima, ſecunda, tertia, & quarta inſtantia, de quibus per ordinẽ ſupra eſt videre fol. 3. 13. 15.

18.

18 quia nullum quicquid eſt, facit nullum q ex eo ſequitur, ita Bald. in conſi. 156. incipien. ſtatuto ciuitatis Ianuæ &c. in principio, verſic. & videtur q ſic vol. 3.

Et magis in ſpecie ad dd. ſingulatim nullitates in hac præſenti inſtantia executionis deſcendendo (quia inſtantia etiam datur in executinis, ſiue per actionem in factum ſit intentata executio, ſiue per officium Iudicis, maximè quando adeſt contradictio, vt dicit Io. de Amicis in conſi. 66. num. 4. Afflictus in deciſione 346. Roma. conſi. 174. Robertus Maranta in ſua praxi iudiciorum in 4. parte, in diſtinctione 9. num. 53. Marius Anguiſſ. in conſi. 144. num. 22. & eſt communis opinio de qua atteſtatur Ceſar de Vrſilys ad Afflictum in d. deciſione 346. num. 3. imò eſt magis communis opinio de qua atteſtantur Auguſtinus Beroùs in conſi. 38. num. 7. & in conſi. 40. num. 1. & ſeq. vol. 3. Lancilotus Conradus in ſuo curiali Breuiario in ciuilibus, in titulo de executione ſententiæ, ſub num. 13. & nouiſſimè Io. Bapriſta Aſinius in ſua iudiciorum praxi, in principio operis, in cap. 3. num. 42. & in §. 31. cap. 12. De communi ſimiliter atteſtatur.)

Nullitas prima oritur ex ineptitudine dictæ petitæ executionis, pro parte d. D. Grottæ, ineptitudo reſultat in hac præſenti inſtantia ex duobus: & primò quia cum in executione ſententiæ competat actio in factum, & officium Iudicis l. ſi prætor, in fi. ff. de iudic. Barbatia in coſ. 37. colum. 3. verſic. facit, volum. 4. Iaſ. in l. iubere, num. 12. ff. de iuriſd. omnium iudicum, & ibidem repetentes, Alex. in l. à diuo pio. §. ſententiā. ff. de re iudicata, Rolandus Rodulphus in ſumma artis notariæ in parte 3. cap. 9. de iudicijs, in rubr. de executio. rei iudic. in fi. in additio. fi. col. 1. neutrum remedium competit, aut competit ad petendam d. executionem in hoc caſu, ſtante ineptitudine libelli, de qua ſupra oſtenſum fuit, reſpectu non ortæ actionis, & male formatæ concluſionis ipſius D. Grotæ, in initio Allegationū fol. 3. 7. & ſeq. & q ſententia eſt lata ſuper d. libello inepto, de qua ſupra fol. 10. in verbo nullitatē quoq; &c. & contra etiam extrauagātes Martini & Calixti Papæ, vt ſupra fol. 12. in verbo Eſt etiā &c. quia ex ſententia lata præcipuè ſuper inepto libello, non oritur nec actio in factum, nec officium Iudicis, ita Curt. Iunior in terminis executionis, in conſi. 163. ſub num. 6. & Excell. D. Gail in obſeruatione 66. num. 3. libro primo, quo caſu ineptitudo d. petitæ executionis oritur, & per conſeq. nullitas ipſo iure, vt ſupra fol. 3. in verbo, Prima enim nullitas &c.

Secundò, ineptitudo d. petitæ executionis oritur, ex deffectu mandati Excell. D. Alberti, interuenientis pro d. Mag. D. Grota quia requiritur ſpeciale mandatum, ad petendam executionem, vt tradit Borgninus Caualcan. in deciſio. 10. num. 33. & facit, quia procurator actoris ad agendum non cenſetur habere mandatum ad exigendum, & ſolutionem recipiendum, Caſtr. in l. ſi quis cum procurator, num. 5. ff. de procur. & Matheſilanus in ſingulari 28. ſed per ſupradicta non habet generale, minusq; ſpeciale mandatum, ergo eſt etiam inepta d. executionis petitio, facta per perſonam carentem mandato ad notata ſupra fol. 8. in verbo Libellus &c. in fine, & perconſequens nulla.

Nulla autem eſt etiam ipſo iure executio conceſſa, & relaxata vt ſupra, quia fuit conceſſa ſuper inepta executionis petitione per prædicta, ad latè tradita per me ſupra fol. 10. in verbo Nullitatem quoq; &c. quibus, in terminis executionis conceſſæ, addo Ioan. de Annania, & ibi Bolognetum in additione, in conſi. 9.

Item eſt etiam, ex alio nulla d. executio, quia fuit conceſſa, occaſione ſententiæ latæ ſine probationibus, vt ſupra demonſtraui fol. 11. in verbo Item eſt &c. nam talis ſententia non habet executionem, Anguiſſola in d. conſi. 92. num. 25.

Item eſt irrita quoq; executionis prædictæ conceſſio, ratione ordinis: quia debebat concedi per ordinarium, primum Iudicem vt infra demonſtrabitur fol. 33. in verbo Alia nullitas reſultat &c. Nam executio ſententiarum, ſecundum æquiorem fit per prætorem ordinarium Iudicem Burſ. conſ. 266. num. 10. volum. 3. ſtante maximè, quia tertia, & quarta ſententia eſt præcipuè nulla ex deffectu iuriſd. per d. ſupra fol. 17. 18. Nullitas maior ea non inuenitur, quæ a deffectu poteſtatis, aut iuriſdictionis pendet, inquit Cravetta in conſi. 847. ſub nu. 9. volum. 5.

Item eſt nulla d. executio etiam, quia nō poterat de iure dari ſtantibus tot nullitatibus de quibus ſupra, & notorijs, quia notorium ex actis conſtat per allegata ſupra fol. 11. in verbo Item quia &c. & fol. 12. in principio, quæ nullitates ob id altiorem non requirunt inda-

ginem, quia exceptionem obſtare, & altiorem indaginem abeſſe, vbi ex parte opponentis exceptionem nihil eſt probandum, dicit elleganter, & per belle, Simon de Pretis in conſil. 85. num.2.volum.1. quo caſu impediunt executionis conceſſionem, vt tradit Gabriel in tit. de executio. rei iudic.in concluſione prima,nu.7.& ſub nu.8.vbi atteſtatur de communi, Excell.D.Menochius de arbitrarijs,in lib.2.centuria prima, caſu 9.num.14.Riminal. conſi. 48.nu.58.& ſeq.vol.1. Petrus Rebuffus in ſuo tractatu de literis obligatorijs, in articulo primo, glo.9.num.4.vbi ſi non valet principale, nec acceſſorium valebit, & ſic executio, quia nihil, & inutile equiparantur, vt ibidem per eum, quam equiparationem nullitatis & inualiditatis, vltra Barb.Chaßen.& Crauettam de quibus ſupra allegatos fol. 9.ſub verbo Nullus &c. Burſa.& Rol.à Valle,vt ſupra fol.17. in principio, Affirmat Hippolytus Rim. in conſi.52.ſub num.82.& Vantius de nullitate, in tit.de nullitate ex deffectu citationis, num.25 & Deciſiones Rotæ Genuæ, in deciſione 145.num.4.& in deciſione 189. num.2.
6. nam nulliter petita dilatio habetur pro non petita,vt in deciſione Genuæ 22.num 10.& ſeruit,quia executionem non meretur extimatio notoriè nulla,Burſat.in conſi.260.nu.4 vol.3. & maximè, quia de non iure D.Grottæ apparet,& ſic de iniuſtitia liquet, Barbat.in conſi. 44.colum.6.num.15.volum.primo, Crauetta conſi.645.ſub num.6.volum.4.Burſ.in conſi. 305.nu.1.volum.3.ergo conceßa eſt nulla.

EXecutio pariter ſubordinate petita parte hæredum q. Excell. D. Matheoli, contra Nob. D.Ferdinandum de Cleſio, vt in proceſſu C. fol.22.& conceſſa fol.33. in dicto proceßu C.
7. per prædicta ſupra, eſt nulla ipſo iure nam antecedente deſtructo, neceſſario deſtruitur, & conſequens Io.Igneus in rep.auth.ex cauſa, nu.134.C.de liber. præteritis.

Item eſt nulla, quia fuit conceſſa contra ipſum, qui non eſt nec tutor, aut curator Nob. DD. eius Neptum, & non fuit Vlterius contra ipſum proceßum, vel ſaltem legitimè per ſupra dicta fol.13.in verbo Quæ nullitates &c. & non fuit niſi ſemel condemnatus, vt in proceſſu B.fol.61.

NEc executio d.Nob.D.Ferdinandi,petita contra DD.Miranos, Valida eſt,ex rationib.&
8. allegationibus de quibus ſupra in prima executione D. Grottæ, a tergo, verſic. 1 nam radice infecta tota arbor, & fructus inficiuntur, & eius rami incidunt, Crauetta in conſ. 412.num.16.volum.3.& Decian.in reſponſo 98.num.16.vol.3.

Item eſt nulla, quia d.Nob.D.Ferdinandus,non eſt tutor, aut curator dd.Nob. DD.Neptum, quæ ſunt principales in hoc puncto, vti filiæ, & hæredes q.Nob. D.Ludouicæ Cleſiæ, quæ emerat domum à Miranis: vt ſupra patet fol.6. in verbo Vel ſecundo &c. fol. 13. in verbo Quæ nullitates &c. quo caſu nulliter eſt petita executio.

Præterea eſt etiam nulla vltra prædicta, quia non apparet q; adhuc fuerint condemnati DD.
9. de Miranis,& fuit oppoſitum, vt in d.proceßu B. fol. 258. Nam ab executione non inchoantur iudicia, l.nimis propere. C. de executio. rei iudic. quo caſu non fuit etiam conceßa, nec minus apparet fuiſſe in iſta tertia inſtantia executionis vlterius progreßum,& bene per præ-
10. dicta quia iudicium eſt vnus actus integer qui conſtat cognitione diffinitione, & executione, Iacobus Berreta in conſi.3.num.24.& conſi.5.nu.18.propterea non eſt procedendum, vt executio rem iudicatam præueniat,Berreta in conſi.2.num.2.imò executio ſubhaſtatio,& venditio bonorum, non præcedente condemnatione,ſunt ipſo iure nulle, Petrus Anto. Anguiſſola in conſi.34.num.1.in materia iudiciorum lib.3.

ET quoniam relaxata executione petita pro parte Mag.D.Grottæ contra hæredes q. Excell. D.Matheoli, vt ſupra vidimus, ſed nulliter per prædicta, Modo fit alienatio d.domus contentioſe, & litigioſe, per dd. DD. hæredes Matheolas, in Excell.D.de Merchioribus, vt colligitur ex d.proceßu B.fol.259.& ſeq. vbi adeſt inſtrumentum fol.280. contra quem petitur executio occaſione domus litigioſe per ſuam Excell. emptæ, cuius rei gratia quæritur, an valide, vel potius nulliter, fuerit actum? q; manifeſtè colligitur.

Et primo ex rationibus, & allegationibus de quibus ſupra fol.18. in prima inſtantia executionis in verbo Et capiendo &c. quas breuitatis gratia reſſerre onmitto.

Quibus addo aliam ineptitudinem reſpectu petitæ executionis, quia ſi aliquod ius, aut actio cōpetyſſet,

petyſſet,

petiſſet, ꝙ non competijt, vt ſupra fol.3. in iſtis allegationibus demonſtraui in verbo Quæ ineptitudo &c. præſuppoſita etiam, ſed non admiſſa per prædicta, & allegata ſupra, validitate dd. ſententiarum, non adhuc ſibi competiſſet actio in factum, aut officium Iudicis, vel ſaltem eo modo: petendo executionem reſpectu ſortis, fructuum, & expenſarum, prout fuit petita parte præfati D. Grotæ, & conceſſa, vt in d. proceſſu B. fol. 259. 261. 262. 268. 279. & 284. quia ſolum petere debuiſſet D. eius interueniens auocationem poſſeſſionis, vt ſupra fol. 7. in verbo ꝙ vero &c. quo caſu reſpectu male formatæ concluſionis, inepte, & ſic nulliter fuit petita executio: ſed quia agitur hic contra ſecundum tertium poſſeſſorem, dictæ domus contentioſæ, pendente lite, per DD. hæredes q. Excell. D. Matheoli alienatæ: ſtante ꝙ petitur executio ad conſequendum ſortem, & Afflictus reſtantes per prædicta, prout ita ſimiliter actum fuit prius contra DD. hæredes Matheolas non petendo poſſeſſionis d. domus auocationem, quo caſu multo minus dicitur fuiſſe effectam litigioſam d domum ſi per hypothecariã ad rem non efficitur res litigioſa, vt dicit Papienſis in ſua practica in forma reſponſ. rei in glo. exceptionem, num. 5. Guido Papa in ſingulari 826. Vitalis in ſuo tractatu clauſularum, in tit. nil nouari lite pendente, colum. 7. verſic. Item alius effectus. Calca. in conſil. 115. incip. in cauſa D. Derſalui &c. col. 4. & Couaruuias practicarum quæſtionum, cap. 15. num. 6. 7. Ideo debuiſſet probare multa, quæ non fuerunt probata, parte D. Grotæ, videlicet inter alia D. Matheolum non fuiſſe ſoluendo, & Excell. D. de Melchioribus ſcientiam litigij, vnde non via executiua, ſed prius Reuocatoria agendum erat in præſenti caſu, præcedẽte tamen prius excuſſione cum agebatur contra tertium poſſeſſorem domus, in quem erat translatum nedum poſſeſſio, verùm & dominium, vt in d. ſuo inſtrumento domus emptæ apparet, in dicto proceſſu B. fol. 280. vt hæc omnia latè demonſtrant, Roma. in conſi. 246. num. 6. & ſeq Curt. Senior. conſi. 72. magnifice vir, col. pen. verſ. ad aliud motiuum &c. Rol. à Valle in conſi. 85. num. 1. 11. 18. 24. volum. 2. Crauettæ in conſi. 481. num. 18. volum. 3. Didacus Couaruuias practicarum quæſtionum, in cap. 15. num. 7. & nouiſſimè Borgninus Caualcanus in deciſione 16 nu. 7. 8. & 9. quæ cum intentata non fuit, vt in d. proceſſu B. fol. 259. 276 latius conſtat, vel ſaltem hyppothecaria, vt per Calcaneum vbi ſupra. Ergo ineptè, etiam ex iſto capite fuit proceßum, & ſic nulliter per allegata ſupra fol. 3. in verbo Prima enim &c. & in verbo Et libellus &c.

Alia nullitas reſultat ad fauorem d. Excell. D. de Merchioribus contra D. Interuenientem pro D. Grotta, quia tempore d. petitæ executionis, erat etiam abſens à patria, ex cauſa neceßaria, quia erat ad ſeruitium cuiuſdam D. infirmi, vt ex ſupplicationibus in d. proceſſu productis apparet fol. 263. & 264. nam abſens præſumitur abeße ex cauſa iuſta Alexan. in l. contra pupillum. ff. de re iudic. Vnde ſuæ Excell. non poterat procurator conſtitui, vt fuit abſenti conſtitutus, ſed curator Bonis erat dandus, vt legitimè contra abſentem procederetur, vt tradit Bald. in l. muto. §. tutoris, in fi. ff. de tutellis, & in conſi. 90. 170. & 172. volum. 2. in nouis, & in conſi 327. incip. viſa ſerie facti Zeno, volum. 4. Fulgoſ. in conſi. 114. & 115. Roma. in conſi. 454. num. 14. Decius in conſi. 575. num. 1. & ſeq. volum. 3. Ioannes de Neuizano in conſi. 70. nu. 29. & Caſtr. in l. a d uo pio. §. fi. ff. de re iudic. quam nullitatem ſenſerũt partes etiam, dum eam effugere procurabant ſuplicando pro conceſſione agendi in hac cauſa per procuratorem, ꝙ & fuit conceſſum, vt in d. proceſſu B. fol. 262. per Ill. DD. Locumtenentes Tridenti, ꝙ facere minimè potuerunt, iuridice tamen, & debita cum reuerentia ſemper loquendo, ſtante ꝙ ſuperiorem recognoſcunt, vt per ſtatutum Tridenti cap. 54. in fi. quia inferior non poteſt tollere legem ſuperioris, Corn. in conſi. 3. litera a. volum. 4. Decius in cõſ. 403. num. 5. volum. 3. & in conſi. 1. num. 5. vol. 5. Thobias Nonius in conſi. 104. nu. 19. 20. Barthol. à Chaſſeneo in conſuetudines Ducatus Burgundiæ in rubr. 8. des ſucceſſions. §. 3. ad tex. ibi ab inteſtat, vbi gl. ſub num. 27. Claudius Saiſellius in l. nemo poteſt num. 1. ff. de leg. primo, & Crauetta in conſi. 814. num. 3. volum. 5. & in terminis facit ꝙ Reuerendiß. D. Epiſcopus Tridenti, non poſſit contra ius commune diſponere quod tenet Excell. I. C. Vtriuſque Doctor veridicus, & tempeſtate noſtra vberrimus iuris fons, D. Geruaſius de Albertis Tridentinus affinis, & vti pater meus honorandus, qui diem ſuum clauſit, cuius honorem, & famam, præſefert ẽt vnũ eius conſilium ſuam præter ſpem, ſed dignè equidem excuſſum, inter conſilia Excell. D. Iacobi Philippi Portij, in conſi. 82. volum. 1. & Clarius manifeſtabunt

bunt

bunt quamplurima eius conſilia excudenda Deo dante, qui in quodam alio eius conſilio nondum excuſſo, quod ſcriptum, & ſigillatum eius ſigillo, Præ manibus habeo, cum hys verbis formalibus fol. 9. dum locutus fuit de Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Cardinale Tridenti, Illuſtriſs. D. præſentis Patruo prædeceſſore, inquit videlicet: Princeps ſuperiorē recognoſcens non poteſt reſcribere, aut ſtatuere contra ius poſitiuum, glo. in c. fi. de hæret. in 6. & tradit in cle. ne Roma. de electio. & dicit Bald. in l. reſcripta. C. de precib. imper. offer. ꝙ nullus inferior à Principe, vtitur clauſula non obſtante iure communi, & ita vult etiam Alex. in l. quanquam. C. de teſtam. milit. per l. formam. C. de off. præfect. prætor. & latè tradit Ruin. conſi. 23. num. 13. volum. 2. vbi allegando Paul. de Caſtro conſi. 225. dicit eum tenentem contrarium, non bene ſentire, & latiſſimè tradit, & comprobat Natta conſi. 402 dicens ꝙ princeps qui recognoſcit ſuperiorem, non poteſt ſtatuere contra ius, à ſuperiore conditum: quamuis habeat perpetuam dignitatem: vt habent Duces, Marchiones, & Comites, ponderādo Paul. de Caſtro ſibimet contrarium in hoc, & dicendo expreſſim ꝙ Epiſcopus non poteſt ſtatuere contra ius commune, quicquid ſeruetur quandoq; per Principes ſeculares: ꝙ habent perpetuam dignitatem, ad hæredes etiam tranſitoriam: quam non habet Epiſcopus Trident. licet ſit Dominus etiam temporalis & ꝙ inferiores DD. non poſſint ſtatuere, vel ordinare contra ius commune, tenet etiam Roland. conſi. 3. num. 30. & clarum eſt, ac ſine controuerſia, ꝙ Dominus Triden. D. in ſpiritualibus, & temporalibus recognoſcit ſuperiorem, cum ab illius ſententiis appellatur ad Summum Pontificem, vel ad Imperatorem reſpectiuè, vt legitur in ſtatuto Triden. ſub rubr. de cognoſcend. cauſ. appell. cap. 54. lib. 1. & ita expreſſim, de Epiſcopo Triden. loquens, tenet Rapha. Fulgo. in l. ſi quando. C. de appellat. & hæc ille Excellentiſs. D. Geruaſius: cui addo Cor. in conſil. 200. volum. 1. & Io. de Amicis conſi. 110. num. 8. Hinc inferri poteſt, ꝙ non poteſt vti clauſula non obſtante &c. nec facere ea, in quibus talis clauſula requiritur ſpecialis ad validitatem actus, nam multi ſunt caſus, in quibus talis clauſula requiritur, quos partim deſcribit Bolognetus in conſi. 6. Franciſcinus, Curtius in conſi. primo, colum. 9. & ſeq. in materia feudali, Fulgoſ. in conſi. 155. Laurent. Kirchouius in ſuis communibus, in prima centuria, in concluſione 33. Grammaticus in deciſ. 20. Hyppol. Riminal. in conſi. 79. num. 4. & ſeq. Franciſcus Viuis in ſuis communibus, in opinione 321. Simon de Pretis in conſi. 75. n. 15. Ant. de Padilla in l. vniuerſi, n. 17. C. de diuerſ. reſcrip. & alij quos breuitatis gratia, ne fruſtra occupem membranas, pro nunc tranſcribere ommitto nā d. clauſula, non obſtante &c. nullus inferior à Principe. i. Papa, & Imperatore, vel alio non recognoſcente ſuperiorem, vti poterit, Iaſ. in l. nemo poteſt, num. 5. ff. de leg. 1. & licet factum Illuſt. DD. Conſilliariorum, & Locumtenentium Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. D. Cardinalis, & Epiſcopi Tridenti &c. (quia cum vt infra oſtendam fol. 37. Illuſtriſſ. D. ſit Princeps, nam per conſequens DD. eius Conſiliarij ſunt Illuſtres perſonæ, ita Iacobus Niger in rep. l. 1. nu. 11. ff. de officio eius &c. Grammaticus in deciſione 76. num. 34. & nouiſſimè ille vir famoſus inter Italos, qui multa ſecreta Doctorum reuelauit, Excell. D. Menochius in ſuo aureo tractatu de arbitrarijs, in libro 2. centuria prima, in caſu 68. nu. 33.) factum Principis reputetur, Signor. de Homodeis in conſi. 108. col. 1. & Decius in Rubr. de conſtitutio. in verbo ſecundo quæritur, ſub num. 6. in prima lectura. Tamen ſi ſua Illuſtriſſ. D. præſens fuiſſet, & audiuiſſet, pro comperto habeo, vt infra latius oſtendam fol. 39. ꝙ talia non conceſſiſſet quæ ſibi à iure non permittuntur, cum ſit Princeps alioquin iuſtus, & præſumatur Princeps ſe velle conformare cum diſpoſitione iuris communis, & nolle quid ſtatuere contra ius, quia talis præſumitur qualis eſſe debet de iure, Bald. in l. ex facto, in 4. not. ff. de vulg. & in c. licet corrigendis de officio ordin.

Et de nullitate apparet etiam proteſtatum per Excell. D. Io. Baptiſtam Calauinum interuenientem pro d. Excell. D. de Merchioribus, vt in proceſſu B. fol. 266.

Executio etiam relaxata contra d. D. de Merchioribus ad fauorem Mag. D. Grottæ, vt in dicto proceſſu B. fol. 284. eſt nulla ipſo iure, tum ex prædictis, tum etiam, quia fuit conceſſa ſuper inepta petita executione, vt ſupra latius apparet, quo caſu eſt nulla ipſo iure, ad tradita per me ſupra fol. 19. & maximè in verbo Nulla autem &c. cum ſeq.

ET progrediendo in ordine inſtantiam executionis petitæ pro parte Excell. D. Calauini, pro Excell. D. de Melchioribus contra DD. hæredes Excell. D. Matheoli, de qua in pro-

ceſſu C. fol. 1. ſimiliter nullam video ex ineptitudine cauſata, vt ſupra, & rationibus, & allegatis de quibus fol. 18. in fine, & 19.

Sed nullitas alia reſultat ex ineptitudine, quia Excell. D. Calauinus non habet generale mandatum: minusq; ſpeciale mandatum, & ſic ex illegitimatione perſonarum ad tradita per me ſupra fol. 8. in fi. reſultat ineptitudo ipſa.

Et pariter executio conceſſa, vt in d. proceſſu C. fol. 33. contra DD. hæredes Matheolas eſt nulla ipſo iure, quia lata fuit ſuper inepta executionis petitione ad ſupra allegata fol. 18. in verbo, Et capiendo &c. & fol. 19.

EXecutionis petitio, pro parte dd. DD. hæredum q. Excell. D. Matheolæ, contra interuenientem, parte Nob. D. Ferdinandi Cleſij, de qua in d. proceſſu C. conſtat fol. 2. & 15. vigore d. inſtrumenti, de quo in d. proceſſu C. fol. 23. 24. 25. eſt nulla, & ſimiliter executio conceſſa de qua in d. proceſſu C. fol. 33. eſt nulla ipſo iure ex rationibus, & allegationibus, de quibus ſupra fol 18. & 19.

NOuam quoq; amplectendo inſtantiam, in qua D. interueniens parte Nob. D. Ferdinandi Cleſij, Videtur receſſiße ab executione prius per eum petita, contra DD. fratres de Miranis, vt ſupra videri poteſt fol. 20. in verbo Nec executio &c. dum petit coram Illuſtrib. DD. Locumtenentibus dd. DD Miranos condemnari, vt in proceſſu C. fol. 23. 29. & ſeq. prædictam petitionem multis nullitatibus ſuppoſitam eſſe video.

Prima enim nullitas vrget reſpectu ineptitudinis petitionis per allegata ſupra fol. 3. in verbo prima enim &c. quia ineptitudo cauſatur in hac inſtantia, ex pluribus, & primo ratione perſonæ non legitimè, vt ſupra fol. 13 in verbo Quæ nullitates &c. & fol. 8. in verbo Libellus &c. cum DD. fratres de Miranis non ſint d. Nob. D. Ferdinandi, occaſione domus contentioſe, ſed Nob. DD. eius Neptum, auctores, per allegata ſupra fol. 13. in d. verbo Quæ nullitates &c. quo caſu cum non apparet q fuerit, aut ſit tutor earum, vel curator, Iudicium eſt nullum. Secundò vigore deſſicientis actionis, ineptitudo reſultat, per ſupra allegata fol. 3. in verbo Quæ ineptitudo &c. quia nullum ius competit d. D. Grottæ, contra D. Matheolum, neq; D. Matheolo, contra Nob. D. Cleſium, minusq; d. D. Cleſio, contra DD. Miranos, ſtantibus allegatis, nunc contra inſtrumentum, & iura producta, per d. D. Grotam, nam cauſa prima, ſemper ſpectanda, ad quam poſteriores omnes ordinantur, Crau. conſi. 717. num. 1. vol. 4. & quia nullum ius competit etiam ex alio prædicto Nob. D. Cleſio, Primo, quia non eſt auctor, aut tutor, vt ſupra proximè dictum eſt. Secundo, quia legitimè non ſe deffendit, quia euictio non competit, ſi culpa emptoris res euincitur, Bald. in conſil. 126. factum tale eſt Ser Paulus, col. fi. volum. 2 Corn. conſi. 325. litera i, K. & ſeq. vol. 1. Barthol. Soci. in conſi. 31. num. 7. volum. 4. Crauetta in conſi. 716. num. 17. vol. 4. Decius in conſi. 74. ſub num. 3. Cagnol. in l. venditor, n. 3. 4. 5. ff. de iudic. Marius Anguiſſola in cõſi. 273. num. 8. & 274 & 155. vol. 1. Io. Igneus in rep. l. propter veneni. §. præſidis iniquitate, num. 3. & ſeq. & nu. 7. 10. & ſeq. ff. ad S. C. ſyllanianum, & Burſ. in conſi. 21. nu. 18. vol. 1. namq; qui non facit, q debet non conſequitur, q oportet, Mantua in conſi. 40. nu. 12. Excell. Menochius in ſuo aureo tractatu de recuperanda poßeſſione, in remedio primo, num. 89. & Cephalus in conſi. 589. num. 8. volum. 4. Tertiò, quia non apparet, q prius ſoluerit, quia vt actio euictionis competat requiritur oſtenſio ſolutionis, Marius Anguiſſola in conſil. 155. num. 11. nam agere volens, debet prius adimpleuiſſe Hyppol. Rimin. in conſi. 104. n. 3. Alioquin actio de euictione, non competit, niſi re euicta, Tiraquell. in ſuo tractatu de præſcriptionibus, in §. 1. glo. 7. fol. 91. q legitimè non ſe deffenderit, oſtendi poteſt ex multis, & primo, quia vigore litis intimationis factæ pro parte Excell. D. Bernardini Malanoti, interuenientis pro Excell. D. Matheola, de qua in proceſſu B. fol. 10. 11. non tenebatur cõparere, quia eſt nulla, tàm ex perſona D. intimare facientis, quia non fuit, nec eſt procurator, quàm perſonæ intimatæ, quia non eſt auctor, aut tutor, vt ex ſupra dictis apparet, fol. 8. in verbo Libellus &c. & fol. 13. in verbo Quæ nullitates &c. nam in quolibet actu, debet interuenire, & poteſtas, & voluntas, alioquin nulliter agitur, Bertrand. in conſi. 378. num. 5. volum. primo, Crauetta in conſi. 671. num. 13. volum. 4. & in conſi. 786. nu. 8. vol. 5.

&

& Decian.in reſponſo 40.num.21.volum.3.& Hyppol. Riminal. in conſi. 5. num. 135. & conſi.77.num.23.nam poteſtas, & voluntas perficiunt actus humanos, Simon de Pretis in conſi.117.num.30.& in terminis facit, quia nunquam per procuratorem alicuius conſtituitur aduerſarius in mora, niſi de eius mandato ad id conſtat, & ſpeciale, nec poſtea ſufficit de mandato docere, Soci. Iunior in conſi.72.num.21.volu.2.Simon de Pretis in conſ. 125. num.29.30. ſeruit Bald in conſi.193. iſte rationes, vol.2.& Bartholomeus à Chaſſeneo in conſuetudines Ducatus Burgund.&c. in rubr.4.in §.5. in glo. ad tex. in verbo Sans procurations,num.5.6.Corn.conſi.86.ſub litera a. vol.2.& Gaſpar Caballinus in ſuo tractatu de euictionibus,in §.3.num.141. vnde debebat opponere de mandato, & petere ſibi oſtendi,& non ſuſcipere iudicium ſponte nam exceptio procuratoris non eſt de apicibus iuris, Simon de Pretis in conſi.177.num.17.& 19.quinimò iudicium non ſuplet deffectum in materia, vt dicit Crotus in rep.l.1.ſub num.22.ff.de verb. oblig. de importantia talis exceptionis poteſt colligi,ex allegatis per me ſupra fol.8.9.quinimò Nob. D D.eius Neptes non fuerunt interpellatæ nam in minore non eſt dare negligentiam,niſi interpelletur,Calc.conſi.151.colum 4 & Romuleus Florentinus in ſuo tractatu de mora vbi latè.

Secundò obiciendus erat Excell.D.interuenienti pro D.Grotta deffectus mandati,& actionis, vt notoriè conſtat ex prædictis fol.3.8.9.factum non video, & ſic de nullitate, erat excipiendum reſpectu ineptitudinis notoriè, vt ſupra, quia exceptio inepti libelli eſt grauis, quia reddit iudicium retro nullum, quia demonſtrat egiſſe ſine actione, & ſententia lata ſuper eo, eſt ipſo iure nulla, Riminal.in conſi 87.num.10.11.vol.1. nam hæc ſufficiebant ad victoriã, & præcipuè quia ſine actione nemo experitur,l.ſi pupilli.§.videamus.ff.de neg.geſt.ergo &c.

Tertiò,quia non ellegit bonum aduocatum, vt debebat, nam licet Excell. D. Cornellius Gentilotus ſit equidem bonus aduocatus, tamen quia tunc erat Fiſcalis, non poterat, fortaſſis in alijs occupatus negotijs Fiſchalibus, ſtudio incumbere nam emptor ſi non conducat in cauſa bonum aduocatum, non poteſt agere de euictione, ita Decianus in reſponſo 97.num.5. volum.3. Gaſpar Caballinus in ſuo tractatu de euictio.in §.5. num. 40. Roland. Rodulphus in ſua ſumma artis notariæ,in parte prima,cap.1.de empt.& vend. in rubr.vend. quædam in ſe pacta vtilia continens, fol.34.in additio.incip.nam ſi bonum &c.nam aduocatus bonus, malam cauſam bonam videri facit, vt inquit Io. de Amicis in conſi.103.num.4.vel ſaltem, ne teneretur de mala ellectione, debebat intimari facere, DD. fratribus de Miranis, vt comparerent ad prouidendum de aduocato, & procuratore, ne in mala ellectione reperiretur, nam ellectio mala eſt in culpa, Mantua in rubr.ff.de offic.aſſeß.num.39.& Crauetta in conſi.791.num.4.vol.5.

Quartò, deffecit etiam ex alio, quia debebat allegari facere ante ſententiam, ad oſtendendum de claro iure ſuo,quia hoc multum confert ad victoriam, nam exceptio notoriè iniuſtitiæ impedit executionem, quotiens ex inſpectione actorum, & allegationibus iuris percipitur iniquitas, ita Gabriel in conſi.43.num.48. & iudices ipſi in multis cauſis occupati, omnia nõ poſſunt videre,& maximè, quia laborioſum opus eſt,in inueniendo deciſionem, & determinationem caſus,vt ſupra oſtendi, fol.1.2. nã in adagio dici ſolet quandoq; bonus dormitat Homerus,vt inquit Ianſenius in concordiam Euangelicam, Lucæ 2. cap.10. colum.3. ſub litera D. & Hippolytus Riminaldus in conſi.58.num.11. multo magis hoc erit ſi allegationes fieri prius non procurabitur,quàm iudicetur, vel motiua nõ petantur,& propterea ſolet concedi tempus ad allegandum vſque ad tres menſes, pro tribus terminis, vt ſingulariter tradit Roland.Rodulphus in 3.parte, cap.9.de iudic. in rubr.de ſentent.in verſi. & debet ferri, in additio.incip. ſequitur,col.1.& 2.& Iudex non poteſt denegare audire iuris allegationes, ita Marius Anguiſſola in conſi.265.num.15. volum.primo, quod præcipuè procedit ſi hoc fuerit petitum, quod allegationes audiantur, Io. Baptiſta Aſinius in ſua praxi iudiciorum, in §.24 cap.4. per totum, imò iudex poteſt recuſari, vt ſuſpectus etiam ſi de re liquidiſſima agatur, quando fuit petitum tempus ad allegandum, & non fuit datum, Gratus in reſponſo 134.num.8.volum.2. & iudex viſis allegationibus ſi contra ius iudicat, tanto magis apud Deum iudicabitur, & tunc in dolo conſtituitur, ad tradita in l.rem non nouam. C.de iudicijs & iudex recuſans audire allegationes, facit litem ſuam, & punitur, Simon de Pretis in conſi.202.num.18.volum.1.

Quintò, vt iudicium cum ſinceritate magis procederet, remotis fauoribus, partialitatibus, & gratijs, quia multoties literas fauoris impetrari à Magnatibus ſolitum eſt, nam fauoribus nō eſt adeò indulgendum, vt cæteris fiat iniuria, vt dicit Ant. Maria Coratius in ſuis communibus opinionibus, in lib. 2. tit. 9. num. 111. ad omnem bonum finem debebat opponere contra executionem petentem contra ſe, quia Excel. D. Interueniens pro Excel. D. Matheola, non curauit iuramentum calumniæ præſtari facere, per D. eius primum aduerſarium, vel per procuratorem habentem ſpeciale mandatum, prout requiritur ad ſic iurandum in tali cauſa, vt dicit Soci. in c. cum in cauſa, ſub num. 13. de iuram. cal. vbi quia debet tunc iurare, & in animam Domini & propriam, docet Practicā illud petendi, & iurandi, Excell. D. Gail in obſer. 88. nu. 1. & in obſer. 89. nu. 1. lib. 1. & talis omiſſio abſq; alia notificatione nocuiſſet Domino Corn. in conſi. 86. col. 1. 2. vol. 2. & Clariſs. D. Gail in d. obſer. 89. & ꝙ ſpeciale requiratur mandatum pro obligando Domino, tenet etiam Burſa. in conſi. 285. num. 24. vol. 3. Maranta in ſuo aureo ſpeculo in 6. parte iudicij, in 2. parte in actu primo, num. 4. Excell. D. Gail in obſer. 83. n. 2. in libro 1. & debebat illud peti nedum in prima inſtantia, ſed etiam in appellatione ꝙ tunc poteſt reiterari, Soci. in d. c. cum in cauſa, ſub num. 26. Maranta in d. primo actu, num. 5. Aſinius in ſua praxi iudiciorum, in §. 3. cap. 30. ſub num. 4. ſub expreſſa proteſtatione nullitatis omnium actorum, & de penis iuris de quibus penis loquitur Soci. in d. c. cum in cauſa. & ſupraſcripti, & alij ſuper hoc ſcrib. & ſic ex hoc primo capite deffecit in ſalutari ſuo, & q̄uis capita contenta ſub d. iuramento calumnie, illud ſimpliciter præſtādo, incluſa omnia virtualiter, & implicitè, ac iurata videantur, vt dicit Maria. Soc. in rep. d. c. cū in cauſa, ſub nu. 8. de iura. calum. tamen ne inaduertenter pars aduerſa in periuriū cadat, & in penis iuris, & vt ſciat quid iuraret, quia iurantes vt plurimum neſciunt quid iurant, & importantiam, & formam ipſius iuramenti calumnie, & quid importet, & contineat, debuiſſet in ſcriptis explicata ſingula capita d. iuramenti producere, prout de iure poſſunt, & debent explicari, vt dicit Joānes Faber in princ. colum. 2. in fi. Inſtituta de pęna temer. litig. quæ ſingula reperiuntur in glo. in §. ecce, Inſtitu. de pęna temere litigantium, Maranta in dicto actu primo, num. 6. & per Soci. in d. c. cum in cauſa, num. 5. & num. 8. & per Specul. in §. nunc dicamus de iuram. calum. Rolan. Rodulphū in ſumma artis notariæ, in parte 3. cap. 9. de iuditijs in rubr. de ſacramento calum. in additione noua col. 2. 4. & in parte 2. de iudice, & ordinar. iudic. cap. 9. in rubr. de ſacram. calum. col. 2. & inſtare, clarè legi parti aduerſæ capit. infraſcripta, ſub d. calumniæ iuramento contenta: quæ ſunt, videlicet iſta ꝙ iuraret pars aduerſa, ꝙ exiſtimet bonam cauſam agere. Item ꝙ reſpondebit veritatem interogatus, & eam non negabit. Item ꝙ non vtetur ſcienter falſa probatione, nec in fraudem tardandi iudicij cauſa dilationem aliquam petet. Item ꝙ non corrupit Iudicem, neque corrumpet, vel tabellionem, nec dedit, aut dabit, nec promiſit, nec promittet aliquid, per ſe, vel interpoſitas perſonas, pro iſta cauſa, niſi illis perſonis quibus leges dare, aut promittere permittunt. Nec exiget ab aduerſario tuo aliquam probationem, niſi quam putauerit neceſſario faciendum, ſic Deus te adiuuet, & hæc Sancta Dei Euangelia, & D. Iudex petet vt explicitè omnia prædicta capitula iurentur, ſecundum Soci. in d. c. cum in cauſa, ſub nu. 8. & de forma iurand. etiam per reum, ponit nu. 10. nam vt video etiam alibi fuit obſeruatum, vt eſt videre per Rom. in conſi. 379. & hoc reſpectu partis. q. Excell. D. Matheoli factum non reperitur ergo &c.

Deffecit etiam ex iſto 2. capite, reſpectu DD. Iudicum, quia ommiſit D. Malanotus proteſtare de ſolemnitate ſeruanda, iuxta formā l. rem non nouam. C. de iudicijs ſub expreſſa proteſtatione nullitatis vt ſ. iurarent Judices de iuſtitia adminiſtranda, & præcipuè in appellatione, quia non apparet ꝙ iurauerint DD. Iudices, prout iurare debent. d. l. rem non nouam, & per Doct. ibidem, & vt tenet Franc. Marcus in deciſ. 264. & 684. & Burſ. in conſ. 325. num. 101. vol. 3. & ꝙ euangelia ante oculos haberent, in quolibet actu per partes obſeruando, nam quilibet Iudex iurare debet, & præſentia Euangeliorum debet eſſe apud eum à principio vſque ad finem, vt per Rolan. Rodulphum in ſumma artis notariæ parte 3. cap. 9. de iuditijs in rubr. de ſententijs, verſ. & debet ferri poſt litem &c. in additio. incip. ſequitur poſtea, colum. 2. Jacobū de Sancto Georgio in d. l. rem non nouam, nu. 1. & ibid. per Cynum & alios ſcribentes. C. de iuditijs, & quoniam Gloſa derogare videtur. d. l. rem non nouā per

conſuetudinem, id intelligi Glo. dictum debet, reſpectu patronorum, ſed non iudicum, vt Cyn. ibidem affirmat, quia conſuetudo in contrarium non valet ſecundum communem opinionem de qua atteſtatur Franciſcus Curtius in l. cum & iudices, num. 8. 9. 10. C. de iureiur. propter cal. dando, & ꝙ iuramentum calumniæ ſi petatur, etiam Iudex illud concedere debet, nõ obſtante quacunque conſuetudine, Affirmat Aſinius in ſua iudiciorum praxi, in §. 3. cap. 30. num. 4. multum enim refert tenere euangelia ante oculos ob memoriam recentem iuramenti præſtiti, & ꝙ ſic iudicabitur, vt iudicabit Borg. Caualcaneus in ſuo tractatu de vſufructu muliere relicto, num. 205 in quo libro euangeliorum extat, & illud inter alia, Apoſtolorum Symbolum, in quo adſunt verba illa loquentia de Domino, & quidem tremenda, dum dicunt & iterum venturus eſt cum gloria iudicare viuos, & mortuos, cuius regni non erit finis, & licet maleuolum animum iudicare debentis contra iura fortaſſis non mutabit euangeliorũ ſolemnitas illa, addet tamen nullitatem d. l. rem non nouam, alijs nullitatibus, quia ſententia lata non ſeruata etiam dicta ſolemnitate erit nulla, vt dicit Boerius in ſuo tractatu de cuſtodia clauium, num. 53. & ꝙ nullitas actorum inducatur, ſi fuerit petitum ſolemnitatem d. l. rem non nouam ſeruari, & fuerit ommiſſa, latius oſtendo in ſcriptis meis breui edendis Deo dante ſuper d. l. rem non nouam. C. de iudicijs, vnde cum caſus non euenit, vlterius circa d. nullitatem non progredior.

Et prædicta proxima duo remedia erant admodum neceſſaria, præcipuè in caſu iſto, vbi Excell. D. Grotta erat tunc temporis Conſiliarius, & Cancellarius Illuſtriß. & Reuerendiß. D. Card. Tridenti, vt etiam fuit q. D. Genitor meus honorandus recollendæ memoriæ, Iuriſconſultus præſtantiſſimus, & Lector Paduæ celeberrimus, & Conſulens integerrimus, ſ. D. Antonius Quetta Senior Trident. qui fuit Cancellarius, ſcilicet q. Illuſtriß. & Reuerendiß. D. Card. Bernardi, feliciſſime record. Epiſc. Tridenti &c. & Inuictiß. Ferdinandi pie & recolende memorie Imperatoris &c. Conſultor, & Conſiliarius, vt eſt notoriũ, de quo Genitore meo vt ſupra Cancellario præfati Illuſtriß. & Reuerendiß. D. Card. Bernardi, atteſtatur Clariſſimus ille Curtius Iunior conſulens doctiſſimus in conſi. 162. ſub num. 4. verſ. Coadiuuantur &c. & eiuſdem D. Patris mei in multis alijs caſibus in quibus cõſuluit etiam meminit quem omnino ſequitur Card. Pariſius magnus Lector, & veridicus iuris interpres in conſi. 115 vol. 1. & Socin. Iunior vberrimus iuris fons in conſi. 56. ſub num. 4. 9. 14. & idem in conſi. 106. volum. 2. vnde cum præſ. D. Grotta fuerit Cancellarius, & Conſiliarius, qui de iure communi, nullam licet habeat iuriſdictionem, vti tradit Decius in c. ſi pro debilitate in col. 5. verſic. in glo. in verbo conſulere, extra de officio delegati, & Mantua in rubr. ff. de officio aſſeſſorum, nu. 5. ꝙ tamen ſecus eſt de conſuetudine, vt inquit idem Mantua in d. rubr. ff. de off. aſſeſſ. nu. 24. nam aſſeſſor, & Conſiliarius ſunt verba ſynonima, Decius in d. c. ſi pro debilitate, in d. col. 5. & Mantua in d. rubr. de off. aſſeſſ. nu. 8. & omnis Cancellarius vota ſua præbet, vt cæteri DD. Conſiliarij, vt eſt notorium Tridenti, nam allegatione non indigent quæ patent ad ſenſum, Simon de Pretis in conſi. 79. num. 52. vol. 1. abſq; difficultate dicitur Cancellarius potentior perſona, ita Baldus in terminis Cancellari loquitur in conſil. 138. caſus quædam mulier, vol. 3. & non mirum, quia leuis non eſt dignitatis Cancellarij officium, cũ Reuerendiſſimus D. Epiſcopus Patauii, ſit Cancellarius Gymnaſij Patauini, vt atteſtatur Decianus in reſponſo 14. num. 39. vol. 1. & prout etiam vt notorium eſt, fuit Illuſtriſſ. feliciſſime memorie, & Reuerendiſſimus D. Cardinalis Bernardus, Cancellarius Benemeritus Inuictiſſimi pie & feliciſſime memorie, ac Sereniſſimi Ferdinandi Imperatoris ſemper Auguſti, qui Illuſtriſſimus D. Cardinalis erat magnanimus, ꝙ præſumitur ex magnitudine ædificiorum, vt inquit Bart. in l. 2. C. de prædijs, & reb. nauicul. & Corſetus in c. grandi, de ſupp. negl. num. 48. oſtendit enim inter alia, mirificè, & ſingulari ordine Caſtrum Tridenti, funditus renatum. Unde cum D. Grota eſſet perſona potens, & apud vnum quemq; iudicem in ciuitate ſpectandus, & maximè conſiderationis, & quodamodo tremendus, multomagis dictis Iudicibus conueniebat dictum iuramentum, nam licet dici ſoleat Iudex fieri nolli quærere, niſi valeas virtute irrumpere, iniquitates, ne forte extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalũ in agilitate tua, vt inquit Decia. in reſponſo 39. num. 119. volu. 2. tamen Iudices quandoq; magis potentibus defferunt, quàm iuſtitiam impotentibus miniſtrent, vt inquit Ioannes de Amicis in conſi. 27. num. 28. ſed ve illis, quia bonus Iudex habet Deum præoculis,

lis, Signorol. de Homod. in conſi. 164. in fin. & partialitates non ſunt habendæ, Bald. in conſi. 159. multiloquium, col. fi. volum. 2. Ideò cum non prædicta fuerint petita merito per allegata ſupra audiri minimè poteſt iuridicè aſſirmatur.

Item & alius deſſectus colligitur in ſecunda inſtantia de qua ſupra fol. 13. quia fuit in iudicem impetratus, abſq; tamen ſcitu D D. de Miranis (& nulliter, quidem, quia ad hanc ellectionem non apparet, q habuiſſet mandatum minusq; ſpeciale, prout requirebatur Alex. conſ. 135. vol. 2. Fely. c. nonnulli. §. ſunt, & alij, nu. 47. de reſcrip. Specul. de reſcriptis, in §. ratione ēt impetrātis &c.) Nouellus quidam Doctor, & iuuenis adhuc, qui tamen è ſtudio, Paulo ante, Doctoratus ad patriam reuerſus fuerat nam magne cauſę nō debent niſi Excell. viris, & in iure conſumatis comitti, Bald. ita dicebat ſecundum Mantuam in conſi. 38. nu. 5. & conſi. 232. nu. 2. Robertus Maranta etiam atteſtatur in ſuo aureo Speculo, in tit. de appellat. in verbo recuſatio &c. n. 58. quem reſerre poſtea inueni, & illum ſequi Borgninū Caualcaneum in Deciſione 33. num. 23. & nouiſſimè Hieronymus Zanchus Aſſirmat in proemio ad rep. l. hæredes mei. §. cum ita, col. prima, in fine. ff. ad Trebellianum, & facit, q ſcribit Aſſlictus ſuper conſtitutionibus regni, in rubr. 38. de noua militia, in conſtitutione incipiente diuinæ iuſtitiæ, nu. 2. lib. 3. vbi Doctores Nouelli non ſunt aſſumendi ad officia publica magna, & hæc poteſt dici magna cauſa, reſpectu perſonarum & loci qualitatem, ad latè tradita per Aſinium in ſua praxi iudiciorum, in princip. in cap. 6. ſub num. 29. & ſeq. & Burſ. in conſi. 253. nu. 36. & in conſi. 338. num. 60. volum. 3. etiam q an ſit parua cauſa, vel magna relinquatur arbitrio iudicis, vt de communi atteſtatur Menochius de arbitrarijs iudicum, lib. 2. centuria prima, caſu 72. num. 9. cum ſeq. quia nemo ſani capitis aliter iudicaret: nam ſenis eſt magis peritus iuuene, vt latè tradit Ant. Maria Coratius in ſuis communibus in lib. 1. tit. 5. num. 33. & ſcientia præſumitur in ſene, vt dicit Rolan. a Valle in conſi. 1. num. 93. volum. 2. & vmbra ſenis plus valet, quàm eloquentia, vel gladius iunioris, ita Felynus in c. ſi qui teſti, num. 6. de teſtibus, Antiquior enim præſumitur melius noſce veritatem, quàm ipſe iuuenis, c. ieiunium, 76. diſtinct. & cap. ſic iurare, 16. q. 1. notat Lucas de pæna in l. prima. C. de conſulibus, lib. 10. & q verba ſenis plus valent enſe iuuenis, dicit Hipolytus Riminald. in conſi. 102. num. 43. vol. 1. q tamen ſano modo eſt intelligendum dictū illud quando ſcilicet Senex ſtuduit in iuuentute, alias ſecus, vt ita intelligit Coratius in d. tit. 5. num. 35. ſtudere multum oportet, vt multa ſciamus, vt inquit Rom. in ſingulari 92. nā Bald. dicebatur omnia ſcire, quia ſtudebat, vt refert Roma. in ſingulari 380. & modum euadendi doctum, Docet Mantua in conſtitut. de iuſtinia. codice &c. §. tollendis, colum. 3. Elligenti igitur eſt imputandum, quia iudicium per imperitiam imputatur emptori, & non venditori, ita q de euictione agi non poteſt, Ioannes Igneus in d. l. propter veneni. §. præſidis iniquitate, num. 22. & ſeq. ff. ad ſyllanianum, Andreas Barb. in conſi. 21. num. 16. vol. 2. & Decianus in reſpon. 74. col. 3. ſub nu. 3. verſi. 4. demonſtratur &c. volum. primo.

Multum enim intereſt Iudices habere peritos fideles, & Deum timentes, quia ſolent multoties nonnulli, qui vel ex imperitia, vel potius malitia iudicarunt, quæ omnia Deo ſunt nota: quia ſolus Deus cognoſcit animum noſtrum, Anton. Cioſius in conſi. 117. num. 4. volu. 1. & Rimi. conſi. 31. num. 104. vt eius iniqua ſententia, per appellationis Iudicem approbetur, diuerſa remedia quærere, quia putant ſatis lucrari, ſi ſententie confirmationem, vt ſic honorē manuteneant, & faueant alteri parti, & ſic præbent occaſionem appellandi iniuſtam, victo tamen contra ius: & detrimentum non modicum quia litium ſumptibus non vexari omnium intereſt, Corn. conſi. 283. litera i, vol. 4. Mantua in conſi. 203. nu. 17. Dominicus Gemin in conſi. 129. col. 2. poſt principium, Cra. in conſi. 979. nu. 6. vol. 5. & Tiberius Decia. in reſponſo 103. nu. 3. vol. 3. nam lites longè pariunt rixas, & diſcordias, ac ſcandala, Decia. in reſp. 32. num. 79. vol. 3. vnde poſtea ipſi ſunt in cauſa, quia quicquid eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati, l. manumiſſiones, ff. de iuſtitia & iure, q ſi appellationis iudex adhæreat: veh illis adhæret quoq; dictum illud D. in Matteo cap. 15. q cæcus cæcum ducit, & ambo in foueam cadūt q ſi pro iuſtitia ſuam ferret legitimè ſententiam, victus acquieſceret, niſi aliud probandi habeat, & ſic damnum etiam expenſarum ceſſaret: qui enim alteri inſidias parat, diuinam non effugiet vltionem, Mantua in conſi. 325. num. 19. & ſi effugerint pœnas temporales, non tamen effugient iudicium Dei, cui nihil eſt occultum, iuxta tex. in l. fi. C. de pœn. iud. qui malè

14. iudic.& in c.1.de ſent.& re iud.in 6. Deus enim non eſt perſonarum acceptor, Igneus in l.
neceſſarios.§.non alias,num.680.ff.ad ſyllanianum,& in iuditijs ſimiliter nulla perſonarum
acceptio eſt habenda,Mantua in l.vnica.C.vt nemo priuatus titulos &c. & Marius An-
15. guiſſola in conſi.80.num.1. quid enim prodeſt homini ſi totum mundum lucretur,animæ vero
ſuæ detrimentum patiatur,vt inquit Mantua in conſ.158.nu.4 pallida mors, æquo pulſat pe-
de, pauperum tabernas,Regumq; turres,iuxta illud Horatij in ſuis odis, tarda enim proce-
dit ira Dei ad vindictam,ſed tarditatem ſupplicij,grauitate compẽſat,vt inquit Valerius Ma-
ximus,& ad idem alibi habetur per alia tamen verba breuiora,ꝙ tarda petit, ſed non mitior
16. ira Dei,Marſilius in conſi.52.num.32.vol.1. quis de alieno licitè largiri non poteſt, Mantua
in conſi 34.nu.25.ſunt etiam pleriq; qui ad ſiniſtram declinantes, reſpondere allegationibus
a parte dextera emanatis,vel ex imperitia neſcientes,vel fortè malitia nollentes: pro reſpon-
ſione in medium afferunt illud vulgatiſſimum in ore ferè omnium, ſummum ius ſumma iniu-
ria, quaſi ꝙ litigantes neſciant iſtum nodum ſoluere,& in agibilibus mundi ſint penitus igna-
17. ri practici enim ſciunt omnia mala mundi, vt inquit Ioan.Igneus in l.contractus,ſub nu.67.
de reg.iu is.& ſimiliter Aduocati, vt inquit Afflictus in conſtitut.regni,in lib.2.in rub.17.
18. de dilationibus,num.38.& ſic etiam mala iudicia iudicum nam dictum illud loqui intelligi-
tur in cauſis criminalibus,vbi non debet locum habere in pœnis,ſed miſericordia & pietas, vt
inquit Ioſeph Ludouicus in deciſio.Lucenſi.15.num.82.& ſeq. quia tantum de intereſſe Do
19. mini agitur,& ſic de lucro, vt leges illud approbantes innuunt ex quo dictum Doctoris de-
bet intelligi ſecundum legem quam allegat, Bart.in l.non ſolum.§.liberationis verba.ff. de li-
20. beratione legata, & nimirum, nam in criminalibus cauſis iuſtitia cum miſericordia debet ad-
miniſtrari,vt dicit Boſſius in ſua criminali practica,in tit.de prin ipe,& priuilegijs eius, nu.
33.34.& c.omnis,& c.vera 45.diſtinct.& ad id facit, ꝙ ſcribit Gaſpar Vallaſcus in rep. l.
imperium,nu.98.ff.de iuriſd.om.iud.vbi inter alia dicit,ꝙ in rege,due debent eẽ virtutes præ-
cipue, Iuſtitia & æquitas, Iuſtitia de ſe eſt ſeuera, & ideò oportet,vt ſit pius,& miſericors,
exemplo Apis,qui aſſumptus in regem, deponit vel perdit aculeum, vt benignè non rigoroſe
puniat, Nam Boſſius in d.tit.de Principe,num.32.& ſeq. etiam dicit, ꝙ Principi conuenit
rigor iuſtitiæ,cum temperamento tamen,ſi eſt vt eſſe debet,non autem Tartarus,quia iuſtitia
debet eſſe dulcedine miſericordiæ temperata,aliàs iuſtitia ſine miſericordia vertit verum Prin
cipem in Tyranum, hæc ille, Ad idem accedit quia iuſtitia cum miſericordia fienda eſt,Bea-
ti miſericordes,quia miſericordiam conſequuntur, & Principem debet eſſe clementiſſimum,
& Deus per clemẽtiam imitetur,vt inquit Marſilius in ſuis conſilijs criminalibus, in conſ.1.
num.82.& ſeq.vol.1. miſericordia,& pietas ſunt virtutes quæ laudes,& fauores merentur,
21. Corn.conſi.296.litera b. vol.4. Hinc eſt ꝙ iudex in inquirendo,ſeuerus in iudicando,blandus
eſſe debet,Igneus in l.etſi certus,n.27.ad ſylla. & Principis proprium eſt liberalitatẽ exer-
22. cere, Natta in conſi.464.num.16.volum.2. Imò Iudex ſi non ſequatur æquitatem in miti-
gando pœnam, ꝙ peti poteſt, facit litem ſuam, Mantua conſi.14.nu.51.52.91.vbi poteſt
appellari. Præterea de criminali cauſa intelligitur, quia agitur de principis commodo, qui
poteſt illud remittere, & indulgere, ſecus ſi de priuata vtilitate, & ſic de cauſa ciuili, quia
23. non poteſt, Excell.D.Gail obſeruatio.114 lib.1. Portius in regula 15. libro 5. nam in ciuili
24. cauſa lex quantũuis dura eſt ſeruanda l.proſpexit ff.qui & a quibus Iudex enim iura ſeruare
tenetur etiam ſi aliter conſcientia dictaret quando in hijs ſumus quæ ſunt contentioſæ iuriſ-
dictionis,Hierony.Gratus in reſponſo 49.num.25.& in reſponſo 109.num 14.vol.2.

Item alius deffectus colligitur dum non apparet obiectum de nullitate primæ ſententiæ, & ſub-
ſequentium, per allegata ſupra fol.3.& ſeq. quia ſententiæ confirmatoriè, illam nullitatem
non auferebant minusq; auferunt, quin potuiſſet & poſſet adhuc obijci nullitas,Rom. conſ.
378.num.2.& Fely.in c.2.num.51.de reſcriptis,& ommiſit poſtea opponere,ꝙ nulliter fuit
actum, tàm reſpectu Excell.D.Melchioris,quia Excell.D.Albertus non habebat ſpeciale
mandatum, & ꝙ via executiua agere non poterat, cum reuocatoria eſſet agendum,vt ſupra
fol.20.& ſequen.quàm reſpectu Excell.D.Matheoli per prædicta.

Præterea Deſes etiam fuit prædictus Nob.D.Cleſius, ſiue per eo Excell.D.Interueniens, inter
alia, quia in prima inſtantia nil fuit dictum de Apoſtilla, nec bene verſatum circa extenſio-
nem ſcartafacij procure, vti dicitur q. Excell.D.Matheole, in perſonam q. Excell. D.Ma-
lanoti,

lanoti, per allegata ſupra in tertia inſtantia fol. 15. & ſeq. Item quia ab initio non fuit excuſſionis exceptio obiecta, vt parti aduerſe in facto foret ſatisfactum, quia fortaſſis pars aduerſa ſententiam fauorabilem licet nullam per allegata ſupra non reportaßet.

Deffecit in ſalutari ſuo etiam prædictus Nob. D. Ferdinandus, ſiue Excell. D. Interueniens pro ſua Dominatione, quia non obiecit contra ſe agentem, quod nil habet in hac præſenti cauſa agere, tam reſpectu Nobilium DD. eius Neptum, quia non fuit, minusq; adhuc eſt, earũ tutor, ſeù curator, cum ſint minores: quàm reſpectu ſui, quia non dicitur ſe per hoc liti obtuliſſe licet comparuerit, quia prouocatus comparuit, & non ſponte cum non fuerit prius interrogatus, an fuerit ſitq; adhuc dicti Excell. D. Matheoli auctor, ſeruit Rol. à Valle in conſi. 56. volum. 2. & Laurentius Kirchouius in ſuis communibus in concluſione 82. centuria quinta. Alius etiam Deffectus colligitur ommiſſæ oppoſitionis parte d. Nob. D. Cleſij alioquin faciendæ, quod ſcilicet ſui culpa ſuccubuit Excell. D. Malanotus, dum reſpondidit poſitionibus d. Excell. D. Alberti mandato carentis, ac etiam voluntariè, quod peius eſt, vt ex d. proceſſu colligitur ſignato litera B. fol. 14. 26. 27. 29. quia cum prætenderet habere auctorem in caſu euictionis, poterat Excell. D. Malanotus obijcere, ſe non teneri, prout non tenebatur illis reſpondere, ita in terminis, Corn. in conſi. 50. in fi. volu. 2. quia dicuntur captioſe, in iſto caſu, & facit ad idem, quod de iuramento calumniæ dicitur, quia dicto in caſu poteſt de iure recuſari, vel ſaltem cautè præſtari glo. in l. cum & iudices, in verbo Inſtantia, C. de iureiuran. propter cal. &c. & prout latius docet Marianus Soci. in rep. in c. cum in cauſa, ſub nu. 33. extra de iuram. calum.

Et quia inter alia, fuit ommiſſa appellatio, a ſecunda ſententia, ad Inuictiſſimum Imperatorem &c. vel ad Excelſum Spiræ Tribunal, prout de iure poterat appellari, ad allegata ſupra fol. 17. in verbo vrget ſummopere &c. & debebat, etiam maiores euitandi gratia expenſas, vel ſaltem poſt quartam ſententiam, quia Sereniſſima Camera Spiræ, tertias, & quartas benignè recipit appellationes, vt ſub d. verbo Vrget ſummopere &c. non latere quẽquàm autumo, Quæ appellatio erat omnino interponenda, & proſequenda, ſtante maximè quod Excell. D. Grota, in meritis nullum ius fouebat, & notoriè quidem ad late allegata per me ſupra fol. 3. & ſeq. vt tenet in terminis interponendæ, & proſequendæ Appellationis noſtro in caſu, etiam quod legitimè denuntiata fuißet lis venditori, Decia. in reſponſo 97. num. 5. volum. 3. Rol. Rodulph. in ſumma artis notariæ, in prima parte, cap. 1. de emptio. & venditio in rubr. venditio quædam in ſe pacta vtilia continens &c. in additio. incip. eſt ergo facienda &c. cum ſequen. fol. 34. Ioan. Igneus in l. propter veneni. §. præſidis iniquitate, num. 7. 10. & ſeq. ff. ad Syllania. Cagnol. in l. venditor, ſub num. 4. verſ. ſecundum erit. ff. de iudic. Natta in conſi. 208. vol. primo, & Gaſpar Caballinus in ſuo tractatu de euictionibus, in §. 5. num. 41. vbi multas authoritates allegat, & tanto magis, quia fuit proteſtatum pluries parte DD. de Miranis, vt in d. proceſſu B. fol. 65. 67. 97. & alibi.

Vnde cum ex prædictis Nobilis D. Cleſius non ſatisfecerit ſibi incumbentibus nam ſi non ſingula, multa collecta iuuant l. inſtrumenta. C. de probatio. & l. ſi plures, in fi. ff. de pactis, ſequitur iuridica concluſio, quod nullum ius, nullauè euictionis actio, ſibi competyt contra DD. de Miranis per allegata ſupra fol. 23 in verbo Prima enim &c.

ET eò magis deſſiciet in ſalutari ſuo prædictus Nobilis D. Cleſius contra DD. Hæredes q. Excell. D. Matheoli, niſi melius ſe deſſenderit, ſtante quod adhuc non ſoluit: ſi quandocunq; ab eis fuerit moleſtatus, coram Illuſt. DD. Locumtenentibus non comparuerit, Nullitatem opponendo notoriam ex actis reſultantem ipſo iure, ſcilicet Ineptitudinis, tàm ex deſſiciente actione prædicti D. Grotæ, malè formatæ concluſionis, & illegitimarum perſonarum, vt ſupra fol. 3. 7. 8. in fi. & 11. in verbo Item quia &c. & fol. 12. quàm occaſione euictionis, ob ferè omnes deſſectus ſupra deſcriptos non competentis, vt ſup. fol. 23. d. verbo Prima enim &c. cum ſeq. latius apparet, ſingulatim eos opponendo, & producendo incontinenti omnia acta, nam notoria iniuſtitia eſt nulla, Bart. in l. de quibus, ſub nu. 14 ff. de legib. Bald. in l. 2. col. fi. C. de re iudic. & eſt communis opinio de qua atteſtatur Hieronymus Gabriel in conſi. 43. num. 48. & prout latius oſtendidi ſupra fol. 11. in verbo Item quia &c. & fol. 12. & 13. vbi hanc magis communem quiſq; benignè legens illam reperiet, nam in executione multæ exceptiones poſſunt opponi Clariſſimus D. Gail in obſeruatione 113. libro primo, Guido

Papa

Papa in deciſione 574. ſub num. 2. Ang. in l. ab executione. ff. de appella. Cæſar Contardus in l. vnica, in limitatione 19 num. 22. C. ſi de momenta. poſſ. Anto. de Padilla in l. 1. C. de iuris & facti ignor. & allegare faciendo vt ſupra fol. 24. in verbo Quarto &c. nam conſulentes maiori vtuntur diligentia, quàm Iudices, Decian. in d. ſua apologia, cap. 19. nu. 24.

Et Proceſſuum inuallidita tem obycièdo ex cauſis præmiſſis, ac etiam deffectu ordinis non ſeruati, vt ſupra fol. 9. & 10. nec non ſententiarum nullitatem ex prædictis, & ipſo iure quia fuerunt latè ſuper inepta petitione d. D. Grotæ, vt ſupra d. fol. 10. in verbo Nullitatem quoq;, & fol. 24. in verbo Secundo &c. apparet, & quia ſunt ſine probationib. latè fol. 11. & ob deffectum iuriſdictionis fol. 17. in verbo Vrget &c.

Necnon deducendo etiam nullitatem ipſo iure executionis contra ſe conceſſe, ſtante nullitate dictarum ſententiarum, ipſo iure cauſata, præſertim ex deffectu actionis D. Grotæ, vt ſupra, quo caſu DD. hæredes q. Excell. D. Matheoli non habuerunt minusq; habent ex dictis ſententijs actionem in factum, nec officiũ iudicis, per allegata ſup. fol. 19. in verbo Nullitas &c. & accedente nullitate proceßum, & q. late ſunt ſine probationibus d. ſententiæ, & q. dicta executio non fuit conceßa per ordinarium d. fol. 19. Nam nullitas poteſt quandocunq; deduci, Crauetta in conſi. 108. num. 4. volum. 1. Antonius de Padilla in d. l. 1. num. 30. C. de iuris & facti ignor. Calcaneus conſi. 114. col. 2.

Et ſimiliter obijciendo, q. talis executio contra ſe non poteſt fieri, quia non ſe liti obtulit, licèt comparuerit prouocatus, vt ſupra fol. 29. nec de iudicatum ſoluendo ſatiſdedit, quia non eſt principalis per allegata ſupra fol. 13. vt dicit Rol. Rodulphus in ſumma artis notariæ, in parte tertia. cap. 9. de iudicijs, in rub. de executione rei iud. in additione, col. 2. producen-
3. *do proceſſus, & omnia acta incontinenti nam exceptio nullitatis, quæ poteſt incontinenti probari impedit executionem Iaſ. in l. qui ſe non obtulit. §. condemnatum, num. 5. communem dicit ff. de re iud. Rol. à Valle in conſi. 1. num. 29. & in conſi. 29. num. 44. vol. 1. Hiero. Gabr. in conſi. 43. num. 46. & ſeq. Decia. in reſponſo 45. num. 5. vol. 1.*

Quod quando Illuſt. DD. Locumtenentes tot videbunt nullitates, ſingulatim oppoſitas, prout ita obijci debent, Lanfrancus in c. quoniam contra, in materia ſententiarum interlocut. & appellati. in col. 17. magne impreſſionis verſ. viſo de impeditiuis, extra de probatio. Hieronymus Magonius in deciſione Lucenſi 87. num. 21. & Excell. D. Andreas Gail in obſeruatione 127. num. 8. lib. 1. Perſuadere mibi non poſſum, q. viſis dictis nullitatibus, prædicti Illuſt. Domini, dictam, facti executionem quin retractent, ſi de facto fuerit facta executio, ſin minus, vel committant prædictum Nobilem D. Ferdinandum Cleſium moleſtari non poße,
4. *nam duplex eſt executio iuris, ſcilicet & facti, Corn. in conſi. 71. litera u, vol. 1. & ſentit ſta-*
5. *tutum noſtrum in ciuilibus, in cap. 48. ſtanteq; q. executio iuris, vt ſupra conceßa, eſt nulla ipſo iure per prædicta, nullum producit effectum, Rol. à Valle in conſi. 63. num. 23. & ſequen. & in conſi. 76. num. 21. volum. 1. Crauetta in conſi. 553. n. 6. volum. 4. & conſi. 783. num. 6.*
6. *vol. 5. & Decia. in reſponſo 8. num. 208. volum. 1. nullum n. ex nullo fit, Burſ. in conſi. 82. nu. 6. volum. 1. quia denegatur brachium ſi ſententia eſt nulla, Crauetta conſi. 607. nu. 9. vol. 4.*
7. *& facit etiam, quia Iudex qui nulliter iudicauit non dicitur iudicaſſe, Gratus in reſponſo 13.*
8. *num. 37. volum. 2. & nullitas quæ notorie conſtat ex actis, impedit executionem etiam quòd eſſent tres conformes ſententiæ, Roma. conſi. 336. Michael Graſſus in ſuis communibus, in libro 2. cap. 23. quæſt. 35. 36. in prima limitatione, Excell. D. Gail in obſeruatione 113. Decian. in reſponſo 45. num. 5. volum. 1. & Hierony. Gabriel in conſi. 49. num. 8. & in conſil. 43. num. 38. 42. Bald. in conſi. 292. Statuto Papiæ, volum. 2. & in conſi. 437. proponitur, q. quoddam &c. vol. 4. quia illud q. percipitur ex proceßu non eſt cognoſcere, ſed cognitum eſſe, nec audire, ſed auditum eße, Bald. conſi. 285. ſtatuto cauetur, col. 3. verſ. & licèt ſtatutum, vol. 2. Corn. conſi. 208. litera a, b. vol. 3. & Anton. Cioſius in conſi. 20. num. 11. volum. 2.*
9. *& eſt communis opinio de qua per Soci. conſi. 78. il. 2. col. 2. volum. 1. & q. prædictæ ſententiæ non ſint mandandæ executioni in terminis ſeruit Burſ. ex communi in conſi. 220. nu. 15.*
10. *16. vol. 2. Crauetta in conſi. 556. ſub num. 8. volum. 4. nulla enim eſt conſtituenda inter non ens, ac inutile differentia, Camillus Gallinus in ſuo tractatu de verb. ſign. in li. 10. c. 8. n. 17. quinimo ſi executio eßet facta, quia per errorem per prædicta diceretur adimpleta, veniret reſcindenda, Burſ. in conſ. 184. num. 41. volum. 2. Rol. Rodulph. in ſumma artis notariæ in*

parte

parte 3.cap 9.de iudicijs in rubr.de executio.in additio.col.2. Lanfrancus in c.quoniam cōtra col.10.verſ.vnum reſtat &c. magnè impreſſionis,de probationib. Chaſſeneus in conſi.68. num.67.& Decius in conſi.600.num.11.volum.3. Ideo prouidendum eſt ne fiat, quia circuitus ſunt euitandi l.dominus teſtamento.ff de condit.indeb.cum ſimi.ſententiæ enim euidenter inique occurrere Iudex debet,etiam q̃ pacto expreſſo approbata ſit ſententia, & via interclusa, vlterius opponendi inueniatur, vt inquit Cranetta in conſi.680.num.12. volum. 4. Vnde ex hoc capite dicitur ēt obſtare exceptio doli cōtra executionē petentē, cū pars careat actione per prædicta, Natta in conſi.492.in prin.volu.3.quæ debet etiam opponi pro parte dicti Nob. D.Cleſij,ne ex iſto capite etiam,Defficiat in ſalutari ſuo.

Vel ſaltem quin declarent ſuperſedendum eſſe in hac cauſa,cum ex actis conſtet de notoria nullitate, Decianus in reſponſo 45.num.6. volum.1. Marſilius conſi. 76. num. 34. Franciſcus Marcus in deciſione 1122.num.37.38.Burſat.in conſi.220.num.17. & in conſi. 225. nu. 172.volum.2. Cephal.conſi.610.num.28.29.vol.4.& Rolandus à Valle in conſi.31.n.24. qui minatur de ira Dei contra aliter facientes vol. 1.

Quod ſi aliter fieret, quia tunc, ſiue expreſſè, ſiue tacitè procedendo ad vlteriora,reiciunt exceptiones legitimas per prædicta, dicitur modus per D.Iudicem exceſſus, quo caſu poterit ab executione appellari, Bald.in conſi.351 in cauſa vertente, volum.2.Ioannes de Annania in conſi.26.Franciſcus Marcus in deciſione 392.& Deciſio.1122.nu.35. Gratus in reſponſo 109.num.19.volum.2.Corn.in conſi.71.litera u, volum. 1. & in conſi. 184. in fi. & in conſi.221.col.2.volum.4. Caſtr.in conſi.288. ad primum,vol.1. Guido Papa Deciſio.574. nu.2.Berous conſ.32.num.18.volum.3.Lancillotus Robertus in ſuo tractatu de Attentatis in parte 2.cap.12.in limitatione 53.num. 22. 23. vbi de communi atteſtatur,& Cephal.in conſi.610.num.28.volum.4. cum cauſa non tamen inſertione Ioannes de Annania in conſi. 26.& Marcus in d.Deciſ.392.Caſtr.d.conſi.288 ad primum reſpondetur, vol.primo, quia quando adeſt iuſta cauſa, illa expreſſa, tunc datur appellatio etiam a iure prohibita, Lancill. Robertus in ſuo tractatu de attentatis, in parte 2.cap.12.limita.53.num.57.Barto.in l.ſi res,num.2.ff de appella.recip.& Ceſar Contardus in d.l.vnica,in ampliatione,num.101.cum ſeq.& in limita.3.num.8.& ſeq. vbi tunc debet differri executio, & num.31.& ſeq.C.ſi de momen.poſſ.fuer.appell. Appellare ex iuſta cauſa, nemo prohibetur Anchar.in quæſtio.19. num.7.lib.2.Bart. & Lancillotus,& Contardus de quibus ſupra.

Et poterit etiam de facto exequenti reſiſti, vt dicit Decius in conſi.72.nu.2. & in conſi. 151. ſub num.6.vol.1.Franciſcus Marcus in deciſione 449.num.7.& in deciſione 666.num.4. Fely.in c.ſi quando,num.4.de officio deleg. Alex.conſi.144.vol.2. Ant. Rub. Alexandr. in conſi.13.nu.8. Ceſar Contardus in l.vnica,in quæſtione 9.C.ſi de momenta poſſ.vbi in executione loquitur idem Rol.a Valle in conſi.6.num.23.volum.2. Alciat.in conſi. 34. num.10. thomo 2.lib.6.Cranetta in conſi.697. num 9.volum.4. Marius Anguiſſola in conſi. 141. & in conſi.38.num.22.& ſeq. & nouiſſimè Aſinius in ſua ciuili praxi iudiciorum, in §.31. cap.2.in limitatione 1.nu 4.qui in terminis executionis loquitur.

Nec obſtat q̃ ab executione ſiue ſit iuris, ſiue ſit facti, q̃ non detur appellatio inſpecto etiā iure municipali de quo in cap.48.in ciuilibus, quia appellatio datur ab executione ſententiæ nullæ, Simon de Pretis in conſi.116.num.5.& tale ſtatutum intelligitur loqui de friuola, & non de iuridica, quia alias non valeret, Marſil.in conſi.16.num.2.& conſi 64.num.2. in crimin. vol.1.& in conſi.81.num.76.77.volum.2.& in conſi.84.num.1. 4. 5. & præſumitur rationabilis vol.2.Card.Zabarella in conſi.120.num.1.in Themate,Cephal.in conſi.610.nu.14. volum.4.& Riminal.Iun.in conſi.48.num.59.

Et ſimiliter non refragatur ſi aduerſus prædictas nullitates adduceretur prædictum Statutum in d.c.48.vbi prohibere videtur nullitatum obiectiones in executione iuris, ſiue facti, quia huic difficultati reſpondeo,prout iuridicè,& ſubtiliter,ac doctè reſpondidit alias præf. Clariſſ. Iur. Vtr.Doctor D.Antonius Schrotempergerus Tridentinus Conſulens Doctiſſimus, & integerrimus, acutiſſimiq; iudicij in quodam eius conſilio q̃ ſcriptum ſua manu propria habeo, fol.4.cum hijs verbis formalibus, inquiens: Quod dictum ſtatutum hoc non dicit, Nam verba ſtatuti formalia ſonant in hunc modum,q̃ ſententiæ vel præcepta inter confitentes ſeù earum, vel eorum executiones non poſſint dici nullæ,nec ab eis aliquatenus appellari, nec ab

executio-

executionibus aliquarum ſententiarum, ſiue executio ſit iuris, ſiue facti, ex verbis, & mente iſtius ſtatuti, clarè, & manifeſtè colligitur, quod exceptis executionibus ſententiarum, & præceptorum confitentium, quæ non poſſint dici nullæ, per illud non prohibeatur poſſe dici de Nullitate executionum aliarum quarumcunq; ſententiarum, ſiue executio ſit facti, ſiue iuris, quoniam reſpectu Nullitatis ſtatutum loquitur tantum de executionibus ſententiarũ

4 confitentium, & cum non loquatur de alijs executionibus, iſte caſus tanquàm omiſſus à ſtatuto relinquitur diſpoſitioni iuris communis. l. commodiſſimè, vbi not. ff. de liber. & poſthu. Quod autem nullitas aliarum ſententiarum non cõprendatur in dicto ſtatuto, id clarius oſtendo, Nam ſtatutum dicit in principio, quod ſententiæ inter confitentes ſiue earum executiones non poſſint dici nullæ, & dum ſequitur dicens nec ab eis poſſit aliquatenus appellari, nõ eſt dubium quin reſpectu ſententiarum confitentium, & earum executionum, ſentiat ſtatutum, quod de nullitate dici non poteſt, nec ab eis appellari poteſt, verum dum proſequendo dicit, neq; ab executionibus aliquarum ſententiarum, ſiue executio ſit iuris, ſiue ſit facti; quod intelligi debeat repetitum illud verbum non poſſint dici nullæ, id nunquam iure ſuaderi poteſt, poterit autem bene intelligi repetitum illud verbum proximum ſ. appellari non poſſit, quod verbum ſalua ratione recti ſermonis cõgruit orationi, vt ſit ſenſus ſtatuti quod nec ab executionibus aliarum ſententiarum, ſiue executio ſit iuris ſiue facti poſſit appellari, at vt ibi intelligantur repetita verba illa, ſ. non poſſint dici nullæ, hoc non conuenit orationi ſalua grammatica, nec mens fuit ſtatuentium ita intelligere, quis enim quæſo ſermo rectus eſſet iſte, ſi diceretur, nec ab executionibus aliarum ſententiarum, ſiue executio ſit iuris ſiue facti poſſint dici nullæ, certe nemo ſanæ mentis id diceret conuenire recto ſermoni, bene autem congruit verbum illud poſſit appellari, & hunc ſenſum debemus accipere, vt ſtatutum prohibeat in vltimo caſu appellationem non autem nullitatem, cum congruat magis

5 orationi, ſalua ratione recti ſermonis non autem alium qui tenderet contra rationem grammaticæ per l. plautius, vbi Bar. ff. de aur. & arg. leg. nam ratio recti ſermonis habenda eſt in quolibet actu, Soci. in conſi. 21. col. 4 ſecundum quando fratres, volum. 1. Curtius Senior in conſi. 42. colum. 6 verſic. vltimo & fortius iſtam partem &c. vbi optimè ſeruit Ant. Cioſius in conſi. 42. num 3. vol. 2. Iacobus Beretta in conſi. 41. num. 4. volum. 1. & Camillus Gallinus in ſuo tractatu, de verb. ſignificatione, in lib. 5. cap. 6. num. 13. fol. 61.

6 Vltraq; ſtatutum non poteſt tollere nullitatis exceptionem Io. Calderinus de ſent. & re iud. in conſi. 8. in fi. Barbat. in conſi. 2. col. pen. volum. 3. & non habet locum in ſententijs nullis, Aſinius in ſua ciuili praxi. §. 31. cap. 2. limita. prima, nu. 5. quia non tollit nullitatem ex inſpectione actorum, Rol. à Valle in conſi. 29. num. 43. vol. 1. & in ſuo tractatu de inuentario, in quarta parte in verbo quaritur etiam &c. nu. 22. fol. 140. Decia in reſponſo 109. num. 2. vol. 2. & in reſponſo 1. num. 68. vol. 3. Barbat. in conſi. 44. col. antepen. num. 15. 16. vol. 1. & in conſi. 20. vol. 3. & in conſi. 18. col. 4. vol. 4. & Bald. in d. conſi. 351. vol. 2. Bertr. conſi. 11. num. 5. volum. 1. & in conſi. 127. num. 29. & ſeq. vol. 3. & in conſi. 250. num. 15. volum. 2.

7 Rimi. Iunior in conſ. 48. n. 58. & ſeq. & ſtatutum excludens exceptiones intelligitur de friuolis & non de legitimis, vt hic Calcaneus in conſi. 88. il 2. Crauetta in conſi. 265. ſub nu. 3. Marſil. in conſi. 63. in crimin. vol. 1. Excell. D. Gail obſeru. 33. num. 4. 5. libro 1. & Clariſs. D. Menochius de arbitrarijs om. iud. libro 2. in centuria 2. in caſu 195. Decia. in reſponſo 21. num. 27. volum. 2. & facit quia non tollit negationem narratorum in reſponſo 41. nu. 53. vol. 3. & quamquàm friuole, quæ nam dicantur exceptiones, & appellationes, Iudici arbitrarium ſit, vt inquit Camillus Gallinus in ſuo tractatu de verb. ſignifi. in libro 5. cap. 20. nu. 129. tamen nemo ſani capitis noſtro in caſu, prædicta omnia & ſingula friuola arbitrabitur, cum in iure ſint fulcita, ac roborata, Quia friuole dicuntur, exceptiones nugoſe, & per ambages, & quæ lege non probantur, vt inquit Calcaneus in d. conſi. 88. & Barthol. a Chaſſeneo in conſi. 23. num. 14.

Tollitur etiam de medio ſi diceretur, ꝙ alias fuit in iudicio deducta nullitas quæ amplius non poteſt allegari etiam quando non fuiſſet deducta, ſtante ꝙ iudicium nullitatis occaſione prædictarum ſententiarum, & totius proceſſus pendet ad Præſens in Iudicio Sereniſſ. Cameræ Spiræ. Quia quo ad primum dictum reſponderi poteſt negando ꝙ nullitas fuerit oppoſita, vel ſaltem eo modo, omnes enumerando nullitates, quo caſu ceſſat obiectum, & quando fuiſſet

oppoſi-

1 oppoſitum nil releuaret obiectio, ſtante ꝙ non apparet, ꝙ fuerit iudicatum ſuper nullitatibus, & ſuper eis diſcuſſum negocium, Pet. Ant. Anguiſſola in conſi. 36. nu. 9. lib. 3. in materia iudiciorum, & Io. de Annania in conſi. 9. col. 2. verſic. pro quo etiam facit &c. & quando etiã fuiſſet pronunciatũ ꝙ tamen non eſt, non officeret adhuc Iudicium, nec executio conceſſa ſtante ꝙ ex ꝓdictis reſultat nullitas ipſo iure, quia nõ teneret iudiciũ, & executio, Iaſ. in conſ. 100 col. fi. & in conſi. 105. num. 2. vol. 1. & ſeruit Igneus in auth. ex cauſa ſub nu. 121. 122. C. de lib. prat. Rol. Rodulphus in ſumma artis notariæ, in parte 3. c. 9. rubr. de appell. in verbo appellat etiam &c. vbi additio incip. ſequitur quarto loco, col. 1. & Rol. a Valle in conſi. 31. nu. 19.
2 20. vol. 1. Quo vero ad ſecundum dictum dici poteſt, non obſtare ſimiliter, quia nullitas poteſt & per viam exceptionis, & per viam principalis petitionis intentari, Barb. in conſ. 20. vol. 3. & quando eſſet intentata via petitionis parte Nob. D. Cleſij, quæ non eſt, non per hoc impeditur, etiam ea pendente, ad dictam nullitatem per viam exceptionis obiciendum, ſtante ꝙ eſt notoria, pro impedienda executione, Soc. in conſi. 78. il 2. incipiente licèt pendeat, col. 2. verſic. reſpondeo ad hoc &c. & in conſi. 4. colum. 5. verſic. præſertim &c. Ioannes de Amicis in conſi. 147. nu. 11. 12. vbi interrogatiuè loquens dicit, quis ſani intellectus diceret, ſententiam exequendam? pendente dicta nullitate coram ſupremo tribunali, & Bertrand. in conſi. 127. num. 51. 52. vbi idem tenet de communi atteſtando, quando incontinenti offertur probatio, vol. 3. offerens enim ſe probare incontinenti remouet omnem ſuſpicionem, Dec. in conſil. 22. num. 7. vol. 5.

ET redeundo vnde digreſſi ſumus, alia nullitas reſultat prædictæ ſententiæ contra DD. de Miranis latè, ratione ordinis prætermiſſi, quia primo iſta ſententia prius fieri debebat per Magnificum D. Tridenti Prætorem Iudicem ordinarium tàm inſpecto iure
3 communi, quia D. Prætor Ciuitatis eſt ordinarius Iudex, Lancillot. Conradus in ſuo ciuiali breuiario de prætoris inſtitutione, nu. 8. & ordinarius Iudex habet fundatam intentionem, vt de qualibet cauſa cognoſcere poſſit, l. 1. §. cum vrbem, ff. de officio præfecti vrbis, c. cum epiſcopus, de officio ordinario in ſexto, Barto. in l. ſi quando. C. de bonis vacan. lib. 10. Anchar. in
4 conſi. 163. & Decius in conſi. 3. nu. 2. vol. 1. & facit quia omnis cauſa eſt ordinaria, Marius
5 Anguiſſola in conſi. 77. num. 2. & conſi. 87. num. 2. ergo ad ordinarium ſpectat, quia in habentib. ſymbolum facilis eſt tranſitus. l. ſi in rem. §. ſed ſi quæcunque, ff. de rei vend. l. hac conſultiſ-
6 ſima. §. ex imperfecto, & §. fi. C. de teſtam. & facit quia inſinuatio pertinet ad Iuditem ordinarium, Bald. in l. repetita. C. de epiſc. & cler. & in l. illud. C. de ſacroſanct. eccleſ. nu. 5 idem tenet Guil. Bened. in rep. c. rainutius, in verſ. & vxorem, in prima parte, fol. 129. de teſtam. quàm
7 inſpecto iure municipali, vt in c. 1. 2 vbi diſponit Prætorem habere iuriſdictionem omnium cauſarum in primo iudicio etiam epiſcopalium, cap. 1. 2. 34. 35. 36. 126. in ciuilib. demum in appellatione per Ill. DD. Locumtenentes, vt demonſtrat ſtatutum noſtrum in ciuilibus, poſt
8 dictum cap. 1. 2. &c. quia ſubſequitur longè poſt, cap. 54. vt ex ſe patet, allegatione non in-
9 digent quæ patent ad ſenſum, Simon de Pretis in conſi. 79. nu. 52. vol. 1. nam argumentum ab ordine in iure procedit, Euerar. in ſua centuria argumẽtorum in loco ab ordine, ꝙ præcipuè procedit opponente parte cum proteſtatione nullitatis, vt fuit factũ in proceſſu C. fol. 3. 15. 30. ergo nulliter, & tanto magis, quia contrauenitur ſtatuto, ꝙ eſt particula iuris communis Mantua conſi. 7. nu. 27. Ripa in l. 4. §. hoc autem indicium, num. 32. ff. de damno infect. &
10 Michael Graſſus in ſuis communibus in verbo ſtatutum, capite 3. quæſtio. 27. nam quicquid contra legem fit, nulliter fit l. non dubium. C. de legib. & non obſeruando ſtatutum, contra legem fit etiam ex alio, quia ex confirmatione ſtatutorum oritur contractus inter Magnificã Communitatem, & Reuerendiſſ. D. Epiſcopum, & onerosſus quidem, vt infra demonſtrabitur
11 quoniam contractus ex conuentione legem accipiunt, l. prima, §. ſi cum venerit, ff. depoſiti, l. contractus, ff. de reg. iur. vnde ſi ſtatutum non obſeruatur, contra legem dicitur venire per prædicta, & ſic nulliter. prout videmus in ſimili ꝙ ſi contrauenitur teſtamento, quia teſtamentum eſt lex, nulliter fit ipſo iure, Rol. à Valle in ſuo tractatu de inuentario circa finem, in verbo Teſtator, nu. 8. fol. 227. & in conſi. 76. num. 26. & ſeq. vol. 1. Hippol. Rimin. in conſi. 5. num. 59. & Crauetta in conſi. 879. nu. 6. vol. 5.

Nec immediata Superioritas Tridenti, iuridicè ſemper loquendo, & debita cum reuerentia po-

teſt derogare ordinariæ iuriſdictioni conceſſæ per ſtatutum, auocando cauſam in prima inſtantia vt fuit factum in d. proceſſu C. fol. 4. quia quemadmodum regulariter loquendo de iure tamen ciuili non poteſt ommiſſo medio appellare ad mediatè ſuperiorem l. Imper. ff. de appellat.
12 & Petr. Benintendus in deciſione Bononienſi 96. cum gradatim eſt appellandum, Clariſſ. D. Andreas Gail in obſeru. 119. num. 2. lib. 1. & Franciſcus Marcus in deciſione 346. ita nõ
13 poteſt ommiſſo ordinario Iudice accedere ad Iudicem ſuperiorem, imò litigator prius adiens Principem quàm ordinarium eſt puniendus, Barto. in auth. vt differentes Iudices &c. in prin.
Secundò ad idem accedit, quia cum, miro ordine per ſtatutum colligatur, primo acceſſus ad D. Prætorem ordinarium, demum ad immediatam Superioritatem per viam appellationis, vt dicit dictum ſtatutum c. 54. & eſt etiam iuris communis, vbi ordinarius non poteſt recuſari, & adiri ſuperior, niſi per viam appellationis, Caſtr. in l. nemo poteſt, & in l. in criminali, num. 5. C. de iuriſdict. omn. iud. & Natta in conſi. 82. nu. 4. volum. 1. vt malam cauſam habentes, obtinendo duas ſententias contrarias acquieſcere poſſint, abſq; vlteriori moleſtia mediatè Superioritatis, & quia in prima inſtantia coram ordinario minus impenditur tàm reſpectu nunciorum notariorum, & procuratorum, quàm in Caſtro vt per ſtatutum colligitur cap. 45. in ciuilibus, quia quicquid Principi placuit ꝙ ordo ſit, ſubſtantiale eſt, nam Princeps nunquam apponit ordinem, niſi cum miniſterio, & ratione, ꝙ igitur inordinatè fit, ergo nulliter, ita arguendo dicit Andr. Barb. in conſi. 44. num. 25. 26. & ſeq. vbi colligit multa ſimilia, vol. 1. Superioritas enim Tridenti, eſt ordinarius Iudex appellationis, vt in dicto ſtatuto cap. 54. quo caſu non poteſt auuocare cauſam, vt tenet Rebuffus in l. quod iuſſit, num. 65. ff. de re iud. & Couarru. practicarum quæſtionum in cap. 9. ſub num. 2. circa finem, & num. 4.
Tertiò, facit, quia D. Prætor non poteſt conſtitui per Reuerendiſſ. D. niſi mediante ellectione prius facta per DD. Conſules Ciuitates Tridenti, ex conſuetudine vt per ſtatutum in d. cap. 1.
14 nam perinde eſt, ſi de iure communi hoc fuiſſet eis conceſſum, nam ꝙ fit ex conſuetudine dicitur fieri de iure, Bald. in l. 2. §. quod obſeruare. C. de iuram. calum. Tiraq. in ſuo tract. le mort, ſaiſit le vif, in præfatione declaratione ſexta, num. 4. in fi. & etiam Papa mãdat cauſas decidi ſecundum conſuetudines regionis, per tex. in c. cum veniſſent, vbi Abbas de eo qui mittitur
15 in poſſeſſione, & tradit Decius in c. ſanctæ Mariæ, de conſtitutionib. col. 21. omnis enim diſpoſitio regulatur à conſuetudine, vt inquit Cagnol. in l. ſi quis maior, nu. 72. C. de tranſactionib. hinc facilè dignoſci poteſt, ꝙ in hoc tàm ciuitas in eligendo, quàm Reuerendiſſ. Dominus in confirmando Prætorem ex conſuetudine concurrit vt vnus ſine altero eſſe non poteſt, ex quo ſequitur ꝙ ſolus Reuerendiſſ. Dominus auferre non poteſt iuriſdictionem Prætoris, quam à lege habere dicitur cum ſit ellectus a DD. Conſulibus, quam etiam ipſe Prætor à ſe abdicare non poteſt, Petr. Rebuffus in d. l. quod iuſſit, num. 72. de re iud. & quia illum ſuperior
16 tollere non poteſt, nec ei inhibere, vt ibidem & Couarru. in d. c. 9. num. 4. & licèt ſuperior poſſit auocare cauſam ab inferiore, id intelligitur quando inferior iuriſdictionem habet à ſuperiore immediatè vt per eundem Rebuffum vbi ſupra, num. 80. ſed hic D. Prætor habet iuriſdictionem non immediatè à ſua Reuerendiſſ. Dominatione, ſed mediante ellectione dictorum DD. Conſulum, & ita etiam intelligendus eſt dictus Rebuffus, vbi ſupra, num. 64. dum dicit, ꝙ ab illis iudicibus licitè auocat Baro Comes, & alius ſuperior cum eos poſſit in totum deſtituere, ergo & in vna cauſa, quia hoc non procedit in caſu noſtro vbi non habet poteſtatem deſtituendi Prętorem durãte eius officio, neq; alium eligendi in dicto eius officio, niſi mediãte ellectione Communitatis, ergo nec in vna cauſa poteſt auocare in totum, retorquendo a contrario ſenſu, argumentum ibi factum per dictum Rebuffum, ſed contraria procedunt vbi ſuperior poteſt abſq; alio medio ſolus elligere, & conferre iuriſdictionem alicui, quia tunc poteſt etiam auferre, & ita dicunt dicti Doctores, & facit quia quemadmodum in reſignatis officijs in fauorem certæ perſonæ, conſenſus Papæ ſe habet per modum cuiuſdam aſſenſus, & nõ collationis, & in reſignatione facta feudi in manibus regis, dum ipſæ conſenſit, vt alius inueſtiatur, magis exequitur voluntatem contrahentium, quàm ꝙ ipſæ verè videatur conferre per ea quæ tradit Ceſar Contardus in l. vnica, limitatione 2. §. 8. num. 47. 48. C. ſi de momentan. poſſ. ita & pariter dicendum eſt, ꝙ per confirmationem factam à Reuerendiſſ. D. de vno ex tribus ellectis, & præſentatis per DD. Conſules, non poteſt dici libera colatio officij Prætoris ſed potius aſſenſus, dum ſua Reuerendiſſ. Dominatio vnum confirmat ex præſentatis, exequen

do

*do voluntatem ipſorum DD. Conſulum, cum quibus contractum hoc caſu cenſetur, vt vnum
ex præſentatis elligat in locum prioris officialis, ex quo ſequitur ꝙ ſuum non eſt vt liberè poſ-
ſit auocare cauſam.*

*Quartò, quia proœmium ſtatuti atteſtatur, fuiſſe confirmata ſtatuta ob publicam vtilitatem Ci-
uitatis, ꝙ negari non poteſt, et publica vtilitas inter alias reſpectu acceſſus ad D. Prætorem,
1 in prima inſtantia colligitur, ex dictis ſupra in ſecundo fundamento, non poteſt igitur ſuperior
præiudicare ordinariæ iuriſdictioni, quia nec etiam Papa poteſt, vt in terminis ſcribit Man-
tua in l. præfectus. C. de offic. præfecti auguſt. & in conſi. 149. nu. 1. & conſi. 234. & Crauet-
ta in conſi. 412. nu. 13. & ſeq. vol. 3. vbi habetur ꝙ Princeps Dux Ferrariæ etiam non poteſt
derogare iuriſdictioni ordinariæ ex plenitudine poteſtatis, vt ibidem per eum, tanto magis in
caſu noſtro non poteſt, ſtante concurſu, & Ciuitatis, & Reuerendiſſ. Domini, circa Prætoris
conſtitutionem, & hoc ex conſuetudine, vt dicit ſtatutum præallegatum, & affirmat Reueren
2 diſſimus Dominus in eius confirmatione, nam conſuetudo eſt lex l. de quib. ff. de legibus cum
alijs per me allegatis ſupra in tertio fundamento.*

*Quintò generaliter, pro ſtatutorum obſeruatione ſuccedit regula, ꝙ eius eſt velle, cuius eſt nolle,
l. eius. ff. de reg. iur. ſed velle eius non eſt ſimpliciter Reuerendiſſ. Domini, quia debet concur-
rere, & Ciuitas, & eò magis, quia ipſa poteſt ſtatuere, & derogare iuri communi, ꝙ non eſt
conceſſum Reuerendiſſ. Domino, Natta in conſi. 12. & conſi. 179. vol. 1. ergo non poteſt de-
rogare ſtatutis, ſine voluntate & conſenſu Ciuitatis, per prædicta, cum nolle eius tantum eſt,
qui poteſt, & velle, Decianus in reſponſo 4. nu. 15. vol. 2 & in reſponſo 1. nu. 137. volum. 1.*

*Sextò præterea ſic arguo pro hac opinione, ꝙ nulliter fuerit facta auocatio cauſæ in Caſtro, in pri
3 ma ſcilicet inſtantia, inferior non poteſt tollere legem Superioris, vt in terminis Reuerendiſſ.
D. Epiſcopi Tridenti, tenet Clariſſ. & Excell. Iureconſultus non ſatis laudatus q. D. Geruaſ-
ſius de Albertis in præcitato eius conſilio, de quo ſup. fol. 21. 22. in verbo alia nullitas &c.
Hinc infertur ꝙ non poteſt vti clauſula ſummariæ, & ſine ſtrepitu &c. quia tolleret legem
Superioris, Boſſius in ſua criminali practica, in rubr. de Principe, nu. 287. & 377. & in titu.
de regalijs, nu. 30. vbi dicit, ꝙ Senatus non patitur ꝙ feudatarij vtantur dictis clauſulis, quia
vult vt eorum literæ ſint ſecundum iuſtitiã, & qui ab ea vult recedere, vt recurratur ad Prin-
4 cipem, & Natta in d. conſi. 179. nu. 4. 5 vol. 1. & ratio poteſt eſſe, quia condere legem eſt
de maximo gradu meri Imperij, & ſic de reſeruatis ſupremo Principi l. 2. §. pen. ff. de orig. iur.
& per Doctores in l. Imperium. ff. de iuriſd. omn. iud. vbi Bal. in prima lectura ad d. l. Imperiũ,
in col. 3. ſingulatim enumerando Principi 16. reſeruata, quæ conſiſtunt in mero Imperio abſo-
luto in Principe, eam ponit: vt ibi per eum, & eò minus poteſt, cum per ſtatutum, quod dero-
gandi facultatem iuri communi habet, non poteſt ſuper reſeruatis Principi aliquid ſtatui, &
ordinari, Nattam in d. conſi. 12. & d. conſi. 179. volum. 1. & ita Ioan. de Amicis in conſi. 8.
num. 5. Graſſus in cõibus verbo ſtatutũ. c. 3. q. 4. Hoc enim exemplo oſtendere breuitatis gra
tia pro nunc cenſeo, quia plus ocij non datur, exemplum digiti inſtar rem oſtendit, atq; ta-
ctui quodammodo ſubijcit, vt dicit Crauetta in d. conſi. 680. ſub num. 25. verſic. in vniuerſum,
volum. 4. exemplum illud occurrit in conceſſione veniæ ætatis, quæ reperitur in maximo mix-
5 ti Imperij gradu, vt per Doctor. in d. l. Imperium. ff. de iuriſdict. omn. iud. quæ per ſtatutum
concedi minimè poteſt, Bart. in l. non ambigitur. ff. de legib. Ang. in rubr. de curatorib. inſtit.
ſub numero 4. Mantua in dicta l. Imperium, num. 258. cum ſequentib. Ioannes Maria
Rimi. in l. bonorũ la 2. n. 4. C. qui admitti &c. Hippolytus Riminaldus in conſi. 5. num. 187.
& Hierony. Magonius in deciſione Lucenſi 13. nu. 5. quia eſt de reſeruatis Principi, prout eã
in eis connumerat, Bald. in d. l. Imperium, in 4. loco, col. 3. & Bart. in d. l non ambigitur, cum
alijs præcitatis, & ſolum Principi competit, Iacob. de Nigris in repet. l. 1. nu. 87. ff. de offi.
eius. Sed ſic eſt, ꝙ auocatio cauſæ ad Principem ſolum ſpectat, vt per Couarru. in d. c. 9. col.
1. practicarum quæſtionum, & per Rebuffum in d. l. quod iuſſit, num. 117. ff. de re iudic. vbi
vult ꝙ meri ſit Imperij maximi, ꝙ intelligitur de abſoluto in Principe, & non de limitato in
inferiori iuxta diſtinctionem Bal. in d. l. Imperium, col. 1. & 3. ergo prædicta auocatio de iure
fieri minimè potuit, quo fit vt ſententia ad fauorẽ d. Nob. D. Ferdinandi Cleſij, contra Domi
nos fratres de Miranis lata, occaſione dictæ auocationis, ſit nulla, etiam ex iſto capite per præ
dicta, & infra dicenda, ꝙ facit prout etiam videri poteſt in conceſſione veniæ ætatis quæ cum*

*ſit de reſeruatis Principi, per recognoſcentem Superiorem concedi non poteſt, Hieron. Mago.
in d. deciſione Lucenſi 13. Ang. Io. Maria Rimin. vbi ſupra, & Bertach. in ſuo repertorio, in
verbo adminiſtrator, verſic. 71. & idem ſentit Dec. in conſi. 413. col. 2. vol. 3.*

6 *Nec obſtat q̃ Rebuffus in d. l. q̃ iuſſit, contrarium videatur dicere in Comite, & Duce &c. re-
ſpectu auocationis cauſæ, quia quando de aliquo diſputatur, ſemper habilia præſuponuntur
Oſaſcus in deciſione pedemontana 100. nu. 36. & ſic præſuponit ibi q̃ facultas auocandi cau
ſas fuerit in ſpecie per ſupremum Principem inferiori conceſſa, q̃ patet dum ibidem dicit, q̃
poſſit deſtituere Magiſtratum in totum, quia hoc non poſſet, niſi id in ſpecie ſibi fuiſſet a ſupre
mo Principe conceſſum, quandoquidem hoc eſt de reſeruatis, & pertinet ſolum ad Imperato-
rem, Bald. in l. reſcripta. C. de precib. impe. offer. & ſi Rebuffus aliter loqueretur, non bene di-
ceret, quia diceret contra communes concluſiones, de quibus ſupra.*

*Minusq; in contrarium refragatur ſi diceretur, q̃ regalia fuerunt conceſſa Reuerendiſſ. Domino
quæ tamen non vidi, nihilominus quia ex dictis, & allegatis per dictum Excell. D. Geruaſiũ,
ſupra, & q̃ Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Dominus Cardinalis noluit inſufflare ſpiritum inſtan-
tiæ appellationis deſertæ, in cauſa trilaca, licèt reuerenter fuiſſet cum inſtantia requiſitus ab
Illuſtri D. Comite Petro Trilaco, qui fuit remiſſus ad Sacr. Cæſ. Maieſt. & ſic pro ea ob-
tinenda coactus fuit deſtinare nuncium, prout Mag. Equitem Apoſtolicum I. V. Doct.
7 D. Joſeffum Roboretum nepotem meum dedita opera ad Cæſarem miſit. Quia inſufflatio
hæc, eſt de reſeruatis Principi, Borgninus Caualcanus in repertorio ad ſuas deciſiones in
litera i, col. 15. fol. 997. Rol. à Valle in conſi. 94. num. 31. & ſeq. volu. 1. Burſat. in conſi. 2.
num. 9. vol. 1. & Lector ille magnus D. Menoch. in conſi. 380. num. 38. & ſeq. volum. 4. ſic
8 reſponderi poſſe autumo q̃ in generali conceſſione regulariter non veniunt regalia, Ripa in l.
obligatione, nu. 1. 2. ff. de pignor. & hypoth. Iacobus de Sancto Georgio de feudis in verbo,
& dicti vaſſalli pro dictis rebus feudalibus, col. 15. verſic. vnum ſemper notetis &c. Socinus
Senior in conſi. 95. nu. 19. vol. 4. Gozad. in conſi. 101. n. 16. Martinus Laudenſis in ſuo tract.
de official. Principum concluſ. 91. Dec. in d. l. Imperium, nu. 55. & ibidem Vallaſcus nu. 50.
Berous in conſi. 20. nu. 10. vol. 3. Oſaſcus in deciſione pedemontana 101. nu. 12. & in deciſ.
29. num. 5. Menoch. de recuper. poſſ. in quinto reſponſo, cauſæ finarienſi, n. 3. Boſſius in dicto
titulo de Principe, nu. 87. & 284. & in tit. de regal. ſub num. 18. q̃ maximè procedit in reco-
gnoſcente ſuperiorem, vt ſentit Boſſius in d. tit. de regal. nu. 13. Natta in conſi. 487. n. 10. 11.
13. & conſi. 580. nu. 22. & ſeq. qui loquitur in appellatione, Franciſcus Marcus in deciſ.
9 455. nu. 8. vbi ius ſuperioritatis, & appellandi reſeruatum eſt in feudatione, Hyppol. Rimin.
10 in conſi. 33. nu. 21. & Rol. a Valle in conſi. 1. nu. 103. volum. 2. quia regalia debent ſpecificè
dari, Rolan. a Valle in d. conſi. 1. num. 102. Jacob. de Sancto Georgio de feud. in d. verſic. vnũ
ſemper notetis, Barthol. a Chaſſaneo in conſuetudines Duc. Burgundiæ in rubr. 8. des ſucceſ-
ſions. §. 3. ad tex. ibi ab inteſtat, nu. 28. Vallaſcus in d. l. Imperium, in 3. limitat. nu. 50. Ioan.
ab Imol. in conſi. 121. col. fi. circa finem, Decia. in reſponſo 123. nu. 10. 11. vol. 3. Crauetta in
11 conſi. 338. nu. 3. vol. 3. & Burſat. in conſi. 138. ſub nu. 2. vol. 2. imò Princeps non debet niſi
ex magna & vrgentiſſima cauſa regalia alteri concedere, quia ſcriptum eſt ne tradas alteri
gloriam tuam, & dignitatem tuam genti alienæ, Rolan. a Valle in conſi. 1. nu. 129. volum. 2.
12 Imò in conceſſione regalium non veniunt niſi ſolita exerceri tempore conceſſionis, Rol. a Valle in
conſi. 1. nu. 145. 148. 154. vol. 2. & eſt communis opinio de qua atteſtatur Burſat. in conſi. 6.
num. 30. 31. & conſi. 46. nu. 25. vol. 1. & aſſertioni Principis non ſtatur, Riminal. Iunior in
conſi. 5. nu. 103. cum ſeq. & Rol. a Valle in conſi. 1. nu. 58. & ſeq. vol. 2. quia debent probari
13 Burſ. d. conſi. 6. nu. 30. quo fit vt multò minus in conceſſione regalium reſeruata veniunt, quia
Principi reſeruata & ius ſupremæ poteſtatis non veniunt in generali ſermone, Natta in cõſ.
487. nu. 10. 11. 13. Crauetta in conſi. 338. nu. 3. & Boſſius in ſua praxi criminali, in titulo
de regalijs ſub nu. 18. & 29. quia ſunt inſeparabilia, & inalienabilia, Igneus in d. l. neceſſa-
rios. §. non alias, nu. 648. 649. ad ſyllania. quinimò data, abſq; cauſæ cognitione non poſſunt
exerceri. Et ſic de abſoluta poteſtate, ſed de ordinaria tantum, & ſic cauſa cognita, ita Dec.
in conſi. 373. nu. 15. Sigiſmundus Loffredus in conſi. 20. nu. 11. 12. Boſſius in dicta ſua praxi
de Principe, nu. 88. & Ant. Rubens Alexandrinus in conſi. 50. ſub nu. 6. niſi in ſpecie ſit cõ
14 ceſſa poteſtas abſoluta, quia plenitudo poteſtatis eſt de reſeruatis Principi, Mantua in l. 1.
nu. 203.*

nu.203 ff.de officio eius, nam ſolus Princeps vtitur clauſula de plenitudine poteſtatis, intelligendo de Principe Monarca, Mantua in d.l.Imperium, nu.140.142.ff.de iuriſd. omn. ind. quia recognoſcens ſuperiorem, vel iure feudi, vel aliter, non dicitur ſupremus Princeps, nec gaudet prærogatiua, Soci.Iun.in conſi.69.nu.43.& in conſi. 73. nu.8. vol. 1. imò Princeps non recognoſcens ſuperiorem, non poteſt tamen decretum condere in derogationem Imperialis poteſtatis, Curt.Junior in conſi.157.nu.32.vol.2.& ratio poteſt aſſignari, quoniam omnes inferiores a Principe, & quibus merum & mixtum Imperium cum iuriſdictione a Principe conceſſum eſt, quod iuſtitiæ eſt tantum, non autem quod eſt gratiæ facere poſſunt, Igneus in d.l.neceſſarios.§.non alias ſub nu.639 ad ſyllaniã.quinimo Princeps qui recognoſcit ſuperiorem non poteſt vti clauſula de abſoluta poteſtate, Crauetta in conſi.626.nu.2 vol.4.& Iaſ. in conſi.177.vol.2. Sed nec etiam ſecundum veritatem & æquitatem iuris ordine prætermiſſo, ſed ſolum ſecundum iuris tramitem, Grammaticus in deciſione 76.nu.33.

Septimo & vltimo pro ſtatutorum obſeruatione accedit eò maximè ſupraſcriptis, quia quondam Illuſtriſſ.& Reuerendiſſ.D.Cardinalis Bernardus Cleſius Epiſc.Tridenti confirmauit dicta ſtatuta pro publica vtilitate Ciuitatis & mãdauit illa obſeruari vt proœmium ſtatuti indicat, & ideo debent obſeruari nec in aliquo contraueniri poteſt, vel per proclamata, vel per reſcripta & max.quia ſunt confirmata vti vtilitatẽ afferentia per viã contractus, & per Principẽ (nam Illuſtriſſ.D.Cardin.ex quo habet temporalitatem annexam Epiſcopatui, dicitur Princeps, quia & Epiſcopi Principes dici poſſunt, & Illuſtres, Pariſius in conſi.141.nu.25.26. 28.vol.4.Rubeus Alexandrinus in repet.l.pen.§.ad crimen, num.219.ff. de publico iudicio, Bald.in l.fi.C.vbi Senatores, vel Clariſſ.& Mantua in l.quicumq;.C.de procur.) quia ex porrectione dicti ſtatuti per DD.Conſules facta Illuſtriſſ.& Reuerendiſſ.Domino & eiuſdẽ confirmatione, oritur pactum & conuentio inter Ciuitatem, & Reuerendiſſ.Dominum, quod patet quia pactum eſt duorum pluriumuè in idem placitus & conſenſus hincinde ab altero dandum vel faciendũ.§.fi.inſt.de verb.obl.l.1.de pact. Sed ſic eſt, prout eſt, quod ex dicta confirmatione placitus conſenſus duorũ reſultat, & plura etiam commoda conſequitur, & vtilitates Reuerendiſſ.D.Epiſcopus a Ciuitate per ſtatutum, quod inſpecto iure communi ſua Reuerendiſſ. Dominatio non conſequeretur, vt verbi gratia, quia ſtatutum Tridentinum eſt diuiſum in tres libros, vt poſt prohœmium in eiuſdem præfatione colligitur, videlicet ciuilium primum, ædiliũ ſecundum, & criminalium tertium, in primo enim libro plures mulctæ in diuerſis caſibus imponuntur, de quibus ſparſim per capita in dicto ciuili libro contenta apparent quæ pro parte applicantur Fiſco, & partim ciuitati, vt in cap.10.18.24.27.28.135.& quæ in totum applicantur Fiſco, vt in cap.29.49.56.58.62.65.128.& 129.in ſt. quæ tamen pœnæ eſſent applicandæ damnum paſſo, Bal.in l.1.C.de his quæ pœnę nomine Alex.in additio.ad Barto. in l.agraria.ff.de termino moto, Abbas in cap. ex literis, de probat.l.1.C.ſi mancipium, ita venum.in l.1.circa medium in ver.Item ſi ingenuam.C.de raptu virginum, & l.vltima, de litigioſis, & Bald & Ang.in l.ſed ſi hac.§.proſtituta, vbi etiam Alex.qui legit dictum.§.cum l. adoptiuum.§.Patronum.ff.de in ius vocando, quos refert, & ſequitur Decia.in quodam conſi. quod ſcriptum habeo in terminis Reuerendiſſ.Domini Epiſcopi Tridentini fol. mihi 18. in verſi. deuenio nunc ad ſecundum articulum &c. & quando alicui alteri eſſent applicandæ pœnæ ſaltem omnes deberent applicari Communitati, quæ non ſunt, vt per totum ſtatutum poteſt videri, ex quo Mag.Prætor per electionem Conſulum accipit iuriſdictionem etiam ab eis ſecundum Bal. in l.fin.in fine.C.de iuriſd.omn.iud.quem approbat Alexan. in ſua diſputatione, incip.Sigiſmundus, in verbo quo pœna, colum.3.circa medium poſita ad l.Imperium. ff.de iuriſ. omn iud. ad finem, Rolan.Rodulphus in ſumma artis notariæ, in parte 3. cap.9. de iudicijs, in rubr.iudic.qui poſſ.& qui non poſſ.in verſ.delegatum, in additio.in princip.

Item quia pęna, de qua in cap. 135. cauſa contrabannorũ impoſita reſpicit materiam concernentem officium Magnificorum Conſulũ Ciuitatis, quod deberet communitati in totum applicari per infradicenda ſuper ſecundo libro ſtatutorum, & quia ad ipſos ſpectat ponere officiales ad prædicta exequenda, & pęnam imponere non obtemperantibus, Bart.in l. ambitioſa, nu.23.ff.de decr.ab ord.faciend.

Item quia de pœnis contentis in cap.142.quæ pro dimidia applicantur Fiſco, cum tamen deberent in totum applicari collegio.

In

In ſecundo autem libro actionum, qui intitulatur liber ſecundus de Syndicis, quia in eo mulctæ maiores applicantur pro medietate Fiſco, vt in c. 3. 4. 5. 101. 102. 103. 104. 109. 120. 122. 123. & alibi, quæ in totum tamen eſſent applicandæ communitati, ex quo de iure communi, adminiſtratio contentorum in d. ſtatuto, ſpectat ad DD. Conſules Ciuitatis Tridenti, vt per Lancil. Conrad. in tractatu de decurionibus quo caſu etiam tenet, quod deberent in totũ Communitati applicari, quia Conſules qui diuerſis nominibus vocantur, vt per d. Conradũ de decur. nu. 1. 3. 6. quos recenſet per diuerſa nomina, etiam Caſtr. in l. apertiſſimi, in prin. C. de iudicijs, Bart. in l. ſtipulationum, ſub nu. 4. ff. de verb. oblig. Ioannes Longoual. in repet. d. l. Imperium, nu. 138. & 175. & eſt communis opinio, de qua atteſtatur Alciat. in ſuo tract. diſputationũ in lib. 3. c. 5. vbi Conſules nominantur adminiſtrantes rem publicam, duumuiri, priores, vel antiani Ciuitatum, Magiſtratus municipales, decuriones, deffenſores Ciuitatum, Senatores, principales, curatores, procuratores reipublicè, patres Ciuitatum, Camerarij, Præſidentes, & Deputati, vt per Doctores ſupra, & quod Conſules, & Decuriones idem ſint affirmat Franc. Marcus in deciſione 782. habent de iure communi merum, & mixtum Imperium, in vltimis duobus gradibus, ſcilicet in 5. 6. meri Imperij, Bart. in d. l. Imperium, nu. 11. 12. ff. de iuriſd. omn. iud. & ibidem Vallaſcus nu. 225. Alex. in l. dies cautioni, §. ſi intra, ſub n. 4. ff. de dam. infect. & in l. magiſtratibus, nu. 3. ff. de iuriſd. omn. iud. Iacob. de Nigris in rep. l. 1. num. 88. ff. de officio eius, & Ioannes Baptiſta Caccialup. in rep. d. l. Imperium, n. 17. 28. 29. 30. 31. nam modica illa coercio, quam habent Magiſtratus municipales eſt ſub mero Imperio, Mantua in d. l. Imperium, nu. 123. & ratio quare vltimi duo gradus communicentur Magiſtratib. municipal. eſt fauore publicè vtilitatis, vt faciliùs puniantur delinquentes, Caccialup. in d. l. Imperium, nu. 31. quo caſu circa reſpicientia ad eorum officium poſſunt incarcerari facere, Alex. in d. ſua diſputatione, in 1. quæſt. principali, col. 13. in fine, & col. 14. in prin. & eſt tex. in §. ſi vero, ignoti in auth. de teſtib. & §. audient, in authen. de deffenſorib. ciuitatum, ſecundũ Sapiam in rep. l. cui iuriſdictio, ſub nu. 9. ff. de iuriſd. omn. iud. Vallaſcus in d. l. Imperium, nu. 181. & Caccialup. ibidem nu. 28. 29. & poſſunt etiam mulctare, vt firmat Specul. in tit. de ſent. §. 1. ſub nu. 12. quia aliter eorum Imperium eſſet eluſorium, vt ibi per eum, & tenet etiã Claudius Conciuntula in ſuo tract. de officio iud. lib. 2. c. 3. nu. 16. cum ſeq. & eſt communis opinio, quod Magiſtratus municipalis poteſt mulctare captis pignorib. de qua atteſtatur Alex. in l. vnica, ff. ſi quis ius dicenti non obtemp. Sebaſt. Sapia in rep. l. iubere cauere, nu. 17. ff. de iuriſd. omn. iud. & Iaſ. in d. l. vnica, ſub nu. 14. & ibidem Bart. nu. 4. 5. & in l. Imperiũ, cũ quo omnes vnanimiter pertranſeunt, vt ibidem atteſtatur Vallaſcus ſub nu. 181. in fi. & idem tenet Io. Baptiſta Caccialupus in d. l. Imperium, nu. 30. & Ang. in §. ſciendum, nu. 2. inſtit. de ſatiſda. tutor. mulcta verò dicitur pœna pecuniaria, vt habetur in l. fi. C. de modo mulctarum vlterius habent etiam facultatem torquere faciendi de iure communi, vt tenet Barto. in l. cui iuriſdictio, ſub nu. 2. in col. 2. in fi. ff. de iuriſd. omn. iud. & iſta eſt communis opinio de qua atteſtatur Hierony. Muſcornus in ſuo tractatu de iuriſdictione, atq; Imperio, nu. 108. fol. 38. competit enim eis modica coerctio in corpore, vt dicit Ang. in §. ſciendum, nu. 2. inſtit. de ſatiſdat. tutor. Io. Igneus in rep. l. neceſſarios. §. non alios, ſub nu. 1052. ff. ad ſyllanian. vnde cum DD. Conſules habeant onus circa publicam vtilitatem, & abundantiam Ciuitatis poſſunt ſtatuere, & facere omnia antecedentia ad id, ſuper quo habent authoritatem propter quæ ad illud perueniri poteſt, vt dicit Bart. in l. ambitioſa, nu. 20. ff. de decret. ab ord. faciend. Hinc eſt quod poſſunt, & edicta quæ ad eius iuriſdictionem pertinent, pro tempore eorum officij edere, vt tradit Bart. in l. 1. ff. quod quiſq; iuris, & ibidem Sebaſtianus Sapia num. 13. etiam cum pœna quia alias eſſent elluſoria, ſeruit tex. in l. quemadmodum. §. magiſtratus. ff. ad l. aquil. l. item quæritur. §. ſi quis menſuris. ff. locati. l. lectos cum l. ſeq. ff. de pericul. & com. rei vend. Thomas Parpalia in rep. l. placet, col. 15. nu. 63. C. de ſacroſanct. eccl. & quod poſſint proclamata facere in concernentibus fertilitatem Ciuitatis prohibendo extractionem bladum, & ſimilia, tenet Hippoly. Rimin. in conſi. 68. nu. 27. 28. vol. 1. Et eis etiam ſibi competit ſimplex iuriſdictio in caſibus leuibus, vt in authentico de defenſoribus Ciuitatum. §. nos igitur. §. audiant, & §. iuſiurandum. l. 1. C. de defenſoribus Ciuitatum, & in auth. de mandatis Principum. §. quod ſi delinquentes, Igneus in d. §. non alias, ſub nu. 1048. cum ſeq. vbi ſub nu. 1055. 1056. habent & poteſtatem emancipandi filios alienigenarum, et poſſunt etiam cauſas appellationis ad ſe ſpe-

ctan

1 ſtantes delegare ſecundum communem, quia delegatio eſt iuriſdictionis, Mantua in d.l. Imperium, nu 282. cum ſequen. & Sebaſtia. Sapia in repet. l. 1. nu. 29. ff. de officio eius, vbi communem vocat, habent etiam ius tenendi claues carcerum, vt per Cagnolum in l. vnica, ſub n. 47.
2 ff. ſi quis ius dicenti non obtemperauerit, pro quo facit quia Iudex habens iubendi facultatem, habet quoq; poteſtatem præcepta exequendi, Io. Cephalus in conſi. 263. num. 21. 22. 23. vol. 2. iuriſdictio enim ſine modica coertione nulla eſt, ſecundum communem opinionem, Niger in l. mandatam nu. 6. ff. de officio eius.

Præterea, quia & pœna de qua in ſtatuto criminali in c. 117. reſpectu vini forenſis nõ conducendi per territorium Tridenti, applicata Fiſco pro dimidia deberet pariter tota communitati applicari, quia concernit prouiſionem concernentem publicam vtilitatem ciuitatis per prædicta, vt ipſi ciues commodius vina eorum vendere poſſint, & onera collectarum ſoluere.

Et vltimo loco agrediendo librum tertium ſtatuti criminalium, ſimiliter Reuerendiſſ. D. Epiſcopus in c. 1. circa iuramentum fidelitatis plus in eo conſequitur, quàm quòd de iure communi conſequeretur, cum de iure communi ſolum ſubditi reſpectu iuriſdictionis Domini, perſonam membrum mentem, & honorem cuſtodire iurant ſubditi, vt in c. vnico, in fine qualiter iurant vaſſalli in libro feudorum, Roland. a Valle in conſi. 53. nu. 2. vol. 2. vbi etiam omnes habitantes in territorio alicuius Domini tenentur tale iuramentum ſubire, vt ibidem per eum.

Ergo per viam pacti, & contractus confirmatio ſtatutorum, fuit obtenta, & in recompenſationem
3. confirmationis data cenſentur, quia vbi conuenit diffinitio ibidem conuenit, & diffinitum l. prima. § primo. ff. de dolo malo, & ſeruit Barto. a contrario ſenſu in l. ſi quis ſeruo, n. 11. C. de furtis, & Hieronymus Magonius in deciſione Lucenſi 83. nu. 14. quo caſu Princeps non poteſt d. contractum reuocare etiam quod liberalitatem contineret, Roma. conſi. 352. n. 22. & conſi. 436. multo magis ligatur, & obſeruare tenetur conceſſiones, & promiſſiones, neq; illis cõtrauenire poteſt, quæ tranſiuerunt in contractum ex aliqua cauſa oneroſa, vt potè ob aliquod datum, vel dandum per eum, cui conceditur quod redundet in vtilitatem Principis, vt hic, quia tunc etiam de plenitudine poteſtatis reuocari non poteſt, quod ampliatur procedere etiam ſi remunerationis gratia fuerit conceſſum, vt per Hippolytum Riminaldum in conſil. 35. nu. 11. & in conſi. 68. nu. 7. qui in terminis proclamatis loquitur, vt per Principem fieri non poſſint contra per eum conceſſa, vol. 1. Dec. conſi. 410. nu 22. & conſi. 528. num. 6. & in conſi. 580. nu. 5. cum ſeq. vol. 3. Crauetta in conſi. 681. nu. 16. vol. 4. vbi etiam ob publicã vtilitatem, vel cauſam neceſſariam ius pacti conuentionisvè ledere Princeps nequit, Burſa. in conſ. 160. nu. 16. vbi de communi atteſtatur, vol. 2. & in terminis ſtatuti conceſſi quod contrauenire non poſſit, concurrit Rol. a Valle in conſi. 86. nu. 38. 51. & ſeq. volu. 1. & ad latè tradita per Decia. in reſp. 25. nu. 29. & ſeq. vol. 1. vbi nu. 36. rationem aſſignat, quia antidorali obligatione ligamur de iure naturæ, quia etiam bruta ligantur, nam benefacienti benefacere procedit ex natura inſtituta, qui loquitur in fortioribus terminis cum loquatur de Imperatore Ferdinando, nam in terminis noſtris conferunt ſcripta per Decia in conſi. nondum excuſſo, quod ad manus habeo in materia Reuerendiſſ. Domini Epiſcopi Tridentini fol. mihi 6. in quinto fundamento, & fol. 14. in verſ. non obſtant modo, vbi in fortioribus terminis nõ admittit, quod Reuerendiſſ. Dominus poſſit derogare iuri acquiſito per viam contractus, vt ibi per eum, Si ergo Imperator ſubmiſſe, & debita cum Reuerentia ſemper loquẽdo per prædicta non poteſt: minus poteſt Reuerendiſſ. D. Tridenti Epiſcopus, atq; ideo debilius poteſt eius
4. conſilium quia nemo dat quod non habet. l. ſi vniuerſe, vbi Bart. C. de leg. Dec. in conſi. 446. nu. 4. vol. 3. Ant. Cioſius in conſi. 36. nu. 8. vol. 2. Hippol. Riminal. in conſi. 108. nu. 23. vol. 1. Cephal. in conſi. 608. nu. 97. volu. 4. & licet ſententia lata per Conſiliarios videtur eſſe Principis cum proferatur ſub nomine Principis ad allegata per me ſupra fol. 22. poſt medium quibus addo, Ant. Cioſium in conſi. 142. nu. 20. vol. 1. Tamen ſua Illuſtriſſ. D. ſi præſens fuiſſet vti Doctiſſ. ſapientiſſima, & prudentiſſima, non auocaſſet cauſam, nec quicquam in præiudicium ſtatuti confirmati innouari permitteret, vt etiã talem in cauſa trilaca ſe oſtendidit, vt ſupra fol. 36. in verbo Minusq; &c. videri poteſt.

Et quia, vt vidimus per prædicta, ſtatutorum confirmatio per viam contractus ab Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Domino Cardinali Bernardo fuit habita eius quoq; ſucceſſorem obligat, Burſa.
5. d. conſi. 160. nu. 15. vbi de communi atteſtatur, vol. 2. quia ſucceſſor tenetur geſta per præde-

deceſſorem

deceſſorem ſuum obſeruare,ſiue ſucceſſit per modum ſucceſſionis , ſiue electionis, ſi enim cupit
Princeps geſta , & mandata ſua a ſucceſſoribus obſeruari,conueniens eſt , vt & ipſe ſuorum
prædeceſſorum mandatis venerationem præſtet , & illa obſeruet Decia.in d. reſp. 25.ſub nu.
41.verſic.tertio conſiderandum , cum ſeq ſubdens q ſucceſſor tenetur ſeruare geſta , & pro-
miſſiones præceſſorum , maximè in his actibus , qui tranſierunt in contractum, prout eſt iſte,
de quo agimus,qui eſt ex cauſa onerosa per prædicta , & Hippolytus Rimi.in dicto conſi. 68.
nu.7.& conſi.102.nu.31.32.vol.1. & Crauetta in conſi.681.nu.14.& in conſi.702.num.
19.volum 4 Rol.a Valle in conſi 1.nu.40.& ſeq.vol.2.Burſa.in d.conſi.160.nu.17.vbi at-
teſtatur de communi , vol.2.& eò magis,quia ſua Illuſtriſſ. Dominatio tacitè , & expreſſè
promiſit ſtatuta obſeruare,patet ex eo dum iuramentum detulit ſubditis ſuper iuramento ſta-
tuti , quaſi enim paciſci videtur qui iuramentum deffert, Io.Igneus in rep.l.neceſſarios.§.non
alias , nu.199.ff.ad Syllanianum . Item dum poſtea quam iurarunt ſubditi publicè oretenus
dixerit,& promiſerit ſtatuta obſeruare , Nam cum ſua Illuſtriſſ. Dominatio ſit Princeps,vt
6. ſupra demonſtraui Princeps enim debet conſeruare conuentiones factas cum ſubditis , Bald.
in l.Anthiocenſium, de priuilegijs creditorum , & per Cynum in l. digna vox. C. de legib. ſi
pro quia Princeps ligatur conuentione ſua contracta,& pacto, Princeps enim antiqua pri-
uilegia ſubditorum debet renouare , & confirmare , & noua concedere , non autem peri-
mere , quia licèt Princeps habeat ſummam poteſtatem eſt tamen homo rationalis , & ideo
ſubditus rationi naturali , qua cauetur pacta , & promiſſiones ſeruandas , & ideo Celeſti-
nus Pontifex qui mane concedebat gratiam . & ſero illam reuocabat , ab omnibus repre-
hendebatur , & cum Princeps ſit fons iuſtitiæ , & iuſtitia ſit conſtans , & perpetua volun-
7. tas , ſequitur neceſſarium conſequens q Princeps debet eſſe conſtans, & non mutabilis,quæ
omnia cum alijs ſimilibus refert.& ſequitur Tiberius Decianus in d.reſponſo 25. cum ſeq.
vol.1.& multa ex prædictis refferunt,& ſequuntur etiam Hippolytus Riminaldus conſ.69.
nu.34 vol.1.& Crauetta in d.conſi.702.nu.18.vol.4.& d.Celeſtini Papæ etiam meminit ,
Berous in conſi.76.nu.73.volum.1.

Et ſic per prædicta ſatis conſtat,q dicta ſententia contra DD.de Miranis lata de qua in pro-
ceſſu C.fol.49.eſt etiam nulla,tam ratione ordinis ſtatuti prætermiſſi,vt ſupra fol.33.in ver
8. bo Et redeundo &c.cum ad vnguem ſeruandum eſt ſtatutum,& ſeruit Imola in l. filiusfamil.
§.dini ſub nu.17.circa medium,col.pen.ff.de leg.1.Bar.in §.iuſiurandum,nu.3.in authentico
de defen ciuit.& Archidia.in c.de perſona,col.1.11.q.1. quàm ratione auocationis cauſæ.vt
ſupra fol.35.& in terminis auocationis cauſæ ab ordinario prius cognoſcendæ per viam pacti
& conuentionis,vt hic per prædicta,pro parte negatiua ſeruit Excell.D.Gail in obſeruatione
41.nu.3.& ſeq.vbi negat Imperatorem poſſe auocare cauſam a Camera Imperiali .

9. Nec obſtat clauſula prædictis,quæ in proœmio ſtatutorum ſcripta legitur , videlicet ſaluo iure no
ſtro,& ſucceſſorum noſtrorum Superioritate ſemper ſalua : quia dicta clauſula non operatur
circa confirmata,& conceſſa ſtatuta , Pariſius in conſi.21.nu.55.vol.1. Oſaſcus in deciſione
Pedemontana 102.nu.3.4. Bertrand.in conſi.1.nu.21.volum.3.Ioannes Durantes de arte
teſtandi,in tit.de leg.cautela 46.num.2.Excell.Modernorum facile Princeps D. Iacobus
Menoch.in ſuo tractatu de recuperanda poſſeſſ.in primo reſponſo cauſæ finarienſis,num.23.
& ſub nu.30.verſic.Nec obſtat,& in reſponſo 2.nu.56.& ſeq.& in conſi.2.nu. 57.vol. 1.
Rol.a Valle in conſi.1.num.73.vol.3.Decius in conſi.185.in fi.Grammat.in deciſione 66.
nu.5.6.7.& nouiſſimè,Burſat in conſi.225.nu. 59.vol.2.

Minuſq; refragatur ſi diceretur q nullitas prius non ſit cognoſcenda in Sereniſſ. Camera Spiræ,
antequam eius iudicium fuerit expertum Tridenti , quia ſtante meritorum cognitione , in
contrarium habita,non officit , quin poſſit coram Superioritate d. nullitatem experiri , Ste-
phanus Bertr.in conſi 378 nu.8 vol.1.Neuizan.in conſi.41.nu.38.& ſeq D.Menoch.
in conſi 212.nu.84.vol.3.& D.Gail in obſeruatione 127.nu. 6.7.vbi de communi atte-
10. ſtatur lib.1. vltra q ſuperior poteſt per ſe cognoſcere etiam in prima inſtantia ſubditorū feu-
datariorum non obſtante inueſtitura aliqua , quia intelligitur poteſtas ſuprema reſeruata ,
Natta in d.conſi.487.num.24.& ſequen. Ex quibus omnibus apparet ſententias execu-
tiones,& proceſſus fore,ac eſſe nullos,& irritos ipſo iure,& ita pronunciandos.

Et hæc raptim cætera ſuppleat eminentiſſima ſcientia iudicare debentis iuxta titulum C. vt quæ
deſunt aduocatis partium Iudex ſuppleat . Laus Deo Opt. Max.

Antonius Quetta Iunior I. V. D. Tridentinus inter alios mi-
nimus,ita ſentit iuris eſſe,ſaluo iure &c.

PE 30924

BIBLIOTECA
COMUNALE
TRENTO
T
0
op. c
5

12

REVERENDISSIME PRINCEPS IMPERIALIS Camere Iuditij Iudex equiſsime, Domine gratioſe.

ANCIPITEM, & perplexum me multis diebus admodum reddidit, Dominorum de Miranis cauſa, & Nobilium Dominorum Aduerſariorum; an prouinciam ſcilicet in ea ſcribendi, vti aduocatus forem ſuſcepturus: & in primis, cum Reuerendiſſima Veſtra Celſitudo, vti Iudex ſuperior, non ſimpliciter proceſſum eorum admiſit, quia citatio gratioſe conceſſa, contra DD. Aduerſarios, clare indicat: dum apparet in ea emanatam cum eorum periculo fuiſſe: Item cum tot proceſſus, & ſententias in eis contentas contra tamen prædictos Dominos de Miranis extare, viderim, & nunquam in eis verſatus vel vti procurator, ſeu vti Aduocatus, ſed Excellens Doctor
1 D. Ioſeph Gaudentus; cauſam ipſam agitauerit nam Aduocatus debet totum proceſſum conſiderare Bal. in rep. l. Emilius, col. 10 ff. de minorib. Præterea, dum Nobiles DD. Aduerſarij
Dominorum de Miranis, ab Excell.
eo D. Joanne Baptiſta Balduino, ac
chrotenpergero Sacræ Cæſareæ Ma-
nandi &c. Nec non ſubinde Sereniſ-
is &c. alias Aulico Conſiliario, ſum-
randis, ſumma cum inſtantia, ſepius
per me ſuſcipiendo, fuerim requiſitus:
aduocatos, ita Ang. in l. rem non no-
quis vocatus eſt à Domino, ambulare
n quã quiſq; artem norit, in ea ſe exer-
ficium dicuntur habere neceſſarium,
ſunt, ad patrocinandum, & ad conſi-
31. vol. 1. vt vtrunq; proxime dictum
s Gail in libro primo practicarum ob-
llud, quod de Caſtrenſi dicitur, maxime
aureum Excell. D. Gail non habet,
hoc onus mihi iniunctum recuſare, co-
ti procuratoris vt ſupra, fore admiſ-
udinem cauſarum, quas præ manibus
ſ. 1. C. comunia delegat. & celleberi-
9. nu. 128. vol. 2. nam ſtudium, dila-
ia ſuper hijs lata, non recipiat appel-
lari 22. nu. 3. & 11. & equidem pro
ſa, non ſe inuoluiſſet, niſi iuſtitiam
bus conſideratis, Non poſſum igitur,
i fronte, non ſuſcipere: non tamen
habere omnia iura in pectore Alex.
litera X. vol. 1. Beltrandus in conſi.
Mantua in conſi. 168. nu. 1. Decia-
8. vol. 1. Hippolytus Rimin. in conſ.
23. nu. 193. vol. 1. Egidius Boſſius in ſua praxi criminali, in titulo de Principe, & priuilegijs eius, n. 316. Iaſ. in l. cum ſillanianum, n. 2. C. de hijs quibus vt indignis, & nouiſſime Excellentiſſimus iuriſconſultus D. Andreas Gail in obſeruatione 55. num. 5 libro 2. ſed potius
7 laborem immenſum alleuiandi nam allegationes leuant laborem iudicibus, vt inquit Thiberius Decia. in ſua apologia cap. 10. nu. 8. in vol. 3. ſuorum reſponſorũ in principio, quia Dynus quando decidebat aliquam quæſtionem, tunc dicebat: ibi eſſe totã ſynodum legalis ſcientiæ,
8 vt refert Barthol. Soci. in conſi. 16. nu. 25. vol. 4. eſt enim opus laborioſum valde, verſari circa leges, vt dicit Signorolus de Homodeis in conſi. 23. col. 4. verſiculo 2. vol. 1. & affir-

A mat